Si numerum ſinus dati præciſe comperies in columnula ſinus illicet ſiniſtrorſum offerent ſe gradus & minuta, ſeu minutula dũtaxat partes, vt pote arcus qui ſibi debetur. in tabula vero Montiſregii ſub recto ſinu dato offerent ſe gradus ſuperne in frontiſpicio, minuta vero ſiniſtrorſum in prima linea minutorum, ſin datus ſinus hic non reperiatur ad vnguem, ſumito numerorum ſinus immediatè minorem tuo, in tabella notatum, & ſeorſum ſcribe arcum ei correſpondentem à ſiniſtris. Dein ſubducito huiuſcemodi numerum ſinus minorem, ex ſuo ſinu dato, & productũ erit differentia prima, quam multiplica per 10 vel ei adiicias cifrã & productum partire per ſecundam intercapedinem ſiue differentiam partium, quæ fuerit inter ſinum illum minorem atque maiorem immediatè ſequentem, illicet in quociente reſultabunt minuta adiicienda arcui prius ſeorſum notatò ad partem.

Cognito, ſiue recto ſecundo arcum ei debitum perſcrutari.

Sinum rectum ſecundum diſquirito in area tabellæ, & a ſiniſtris arcum aſſumito, quem ſubducito ex quadrante circuli, & reſiduum erit arcus ſinus ſecundi, quem perſcrutabaris.

Dati ſinus verſum arcum indagare.

Quando ſinus verſus fuerit minor ſemidiametro, qui totus eſt ſinus, ſubduc ipſum ex toto ſinu, & reſiduum quæratur in area huius tabellæ, è regione cuius ſiniſtrorſum reperies arcũ quempiam, qui ſubducatur ex circuli quadrante, & ſi quidpiam fuerit reſiduũ, erit arcus ſinui verſo correſpõdens. Si vero ſinus verſus fuerit maior toto ſinu, deduc ab illo totum ſinum, & reſiduũ diſquirito arcum, qui ſi adiiciatur quadranti, compoſitus ille arcus erit quem quæritabas. Hic non eſt ſilentio prætereundum ꝙ quum ſinus quilibet rectus ſit medietas chordæ, duos continet arcus, vnum minorem quadrante: alterum vero maiorem eo.

Sinus rectus est medietas chordæ dupli ad arcum, cuius est si-
nus, siue dimidium chordæ, respectu totius arcus.
Sinus versus est portio diametri a sinu recto ad periferiam com-
prehensi. quam sagittam vocitant.

Redigere chordas arcuum ad sinum rectum.

Cordas arcuum ab Ptolemæo annotatas, in magna composi-
tione, quam vulgo Almagestum vocitant, si multiplicaueris per
1000. producetur i ilico quidam numerus. quem si mediaueris re
sultabit sinus rectus, non quidem vniuersi arcus qui illi chordæ
correspondebant, sed dimidiati. sinus rectus primus est medietas
chordæ dupli ad arcum, cuius est sinus, siue dimidium chordę re
spectu totius arcus. sinus versus est portio diametri a sinu recto
ad periferiam comprensi, quam sagittam vocitant. exempli gra
tia, Arcus 10. partium chorda est gra. 10 mi. 27. 2. 32. Duc fractio
nes & gradus in 1000. & quum redacti fuerint ad maiorem deno
minationem, reuocãdo scilicet secunda ad mi. & mi. ad gr, proue-
nient partes 1045 8. cuius dimidium erit 5229, sinus videlicet re-
ctus, qui debetur arcui 5. partiũ.

Regula quatuor terminorũ proportionaliũ.

Si 4 lineæ aut numeri fuerint continue proportionales, vt A.
B C D. sitq; ꝓportio A. ad B. sicuti C. ad D. si quartus terminus
fuerit ignotus, multiplica secundũ p tertium. & productum diui-
de per primum, & proueniet in quociẽte quartus numerus mox
cognitus, qui pridem erat incognitus.

Si vero 3. terminus fuerit ignotus, multiplica primũ p 4. & ꝓdu
ctũ diuide p secundũ, & 3. terminus fiet notus. Si 2. terminus foret
incognitus, multiplica primũ p 4. & ꝓductũ diuide p 3. & exibit 2
terminus notus. Si deniq; primus fuerit ignotus multiplica secun
dũ p 3. & ꝓductũ partire p 4. & mox scaturiet 1. temin' cognitus.

A	B	C	D
16	8	4	2
4	3	2	1

Tabula conuertendi horas, & minuta in annos, & menſes.

Horæ.	Anni	Horæ Minuta.	Anni	Mẽſes	Horæ Minuta.	Anni	Menſ.
1	15	1	0	3	31	7	9
2	30	2	0	6	32	8	0
3	45	3	0	9	33	8	3
4	60	4	1	0	34	8	6
5	75	5	1	3	35	8	9
6	90	6	1	6	36	9	0
7	105	7	1	9	37	9	3
8	120	8	2	0	38	9	6
9	135	9	2	3	39	9	9
10	150	10	2	6	40	10	0
Tabula prima.		11	2	9	41	10	3
		12	3	0	42	10	6
		13	3	3	43	10	9
		14	3	6	44	11	0
		15	3	9	45	11	3
		16	4	0	46	11	6
		17	4	3	47	11	9
		18	4	6	48	12	0
		19	4	9	49	12	3
		20	5	0	50	12	6
		21	5	3	51	12	9
		22	5	6	52	13	0
		23	5	9	53	13	3
		24	6	0	54	13	6
		25	6	3	55	13	9
		26	6	6	56	14	0
		27	6	9	57	14	3
		28	7	0	58	14	6
		29	7	3	59	14	9
		30	7	6	60	15	0
		Secunda			Secunda.		

Per tabulas domorum faciliter & extemplo dirigere X domum & horoſcopum.

IN tabulis domorũ ſub tui finitoris latitudine perquirito gradum horoſcopi, aut ſignificatoris, in eo pariliter ſupputati, &

carentis latitudine, dein horas cum minutis sinistrorsum e regione compertas scribe seorsum. Postmodum sub eadem domo reperias gradum promissoris, & horas cum minutis ibidem compertas scribe etiam ad partem. Mox diducito horas & minuta significatoris ab horis & minutis promissoris accommodatis 24. horis si oportuerit, & productum denique disquirito in prima huius tabulæ columnula, & confestim à dextris obicient se tuis oculis anni, quos seruato seorsum. Rursus minuta horarum comperiantur in prima numerorum serie alterius secundæ tabulæ quæ horarum minuta dumtaxat complectitur, & ex directo prosilient quoque anni, & menses, quos adiicito cum aliis annis ad partem seruatis, & illorum annorum, ac mensium congeries palam faciet, quando huiuscemodi directio suos producat effectus, vtpote corporis salubritatem, si ad beneficarum stellarum radios peruenerit. ad hostiles vero maleficarum insalubritatem. Quando autem X. aut significatores in cœlorum vertice cardinaliter supputatos dirigere volueris, eodem præcise pacto negociandū erit sub gradibus X. quemadmodum supra edocuimus pro directionibus horoscopi.

Gr.	Mi.	Anni	Men.
o	5	o	1
o	10	o	2
o	15	o	3
o	20	o	4
o	25	o	5
o	30	o	6
o	35	o	7
o	40	o	8
o	45	o	9
o	50	o	10
o	55	o	11
1	o	1	o
5	o	5	o
10	o	10	o
15	o	15	o
20	o	20	o
25	o	25	o
30	o	30	o
40	o	40	o
50	o	50	o
60	o	60	o
70	o	70	o
80	o	80	o
90	o	90	o
100	o	100	o
110	o	110	o
120	o	120	o

G.	H.	M.
1	2	24
2	4	48
3	7	12
4	9	36
5	12	o
6	14	24
7	16	48
8	19	12
9	23	36

.2.	Dies.
10	1
20	2
30	3
40	4
50	5
60	6

Horarũ minuta.	Menſ.	D.	H.	Horarũ minuta.	Menſ.	D.	H.
1	0	6	2	31	6	8	14
2	0	12	4	32	6	14	16
3	0	18	6	33	6	20	18
4	0	24	8	34	6	26	20
5	1	0	10	35	7	2	22
6	1	6	12	36	7	9	0
7	1	12	14	37	7	15	2
8	1	18	16	38	7	21	4
9	1	24	18	39	7	27	6
10	2	0	20	40	8	3	8
11	2	6	22	41	8	9	10
12	2	13	0	42	8	15	12
13	2	19	2	43	8	23	14
14	2	25	4	44	8	27	16
15	3	1	6	45	9	3	18
16	3	7	8	46	9	9	20
17	3	13	10	47	9	15	22
18	3	19	12	48	9	22	0
19	3	25	14	49	9	28	2
20	4	1	16	50	10	4	4
21	4	7	18	51	10	10	6
22	4	13	20	52	10	16	8
23	4	19	22	53	10	22	10
24	4	26	0	54	10	28	12
25	5	2	2	55	11	4	16
26	5	8	4	56	11	10	18
27	5	14	6	57	11	16	20
28	5	20	8	58	11	22	22
29	5	26	10	59	11	28	22
30	6	2	12	60	12	0	0

Tabula Chronocatorum cuiuslibet anni.

Anni ætatis nati.								10 ♈	11 ♉	12 ♊	1 ♋	2 ♌	3 ♍	4 ♎	5 ♏	6 ♐	7 ♑	8 ♒	9 ♓
1	13	25	37	49	61	73	85	♂	♀	☿	☽	☉	☿	♀	♂	♃	♄	♄	♃
2	14	26	38	50	62	74	86	♉ ♀	♊ ☿	♋ ☽	♌ ☉	♍ ☿	♎ ♀	♏ ♂	♐ ♃	♑ ♄	♒ ♄	♓ ♃	♈ ♂
3	15	27	39	51	63	75	87	♊ ☿	♋ ☽	♌ ☉	♍ ☿	♎ ♀	♏ ♂	♐ ♃	♑ ♄	♒ ♄	♓ ♃	♈ ♂	♉ ♀
4	16	28	40	52	64	76	88	♋ ☽	♌ ☉	♍ ☿	♎ ♀	♏ ♂	♐ ♃	♑ ♄	♒ ♄	♓ ♃	♈ ♂	♉ ♀	♊ ☿
5	17	29	41	53	65	77	89	♌ ☉	♍ ☿	♎ ♀	♏ ♂	♐ ♃	♑ ♄	♒ ♄	♓ ♃	♈ ♂	♉ ♀	♊ ☿	♋ ☽
6	18	30	42	54	66	78	90	♍ ☿	♎ ♀	♏ ♂	♐ ♃	♑ ♄	♒ ♄	♓ ♃	♈ ♂	♉ ♀	♊ ☿	♋ ☽	♌ ☉
7	19	31	43	55	67	79	91	♎ ♀	♏ ♂	♐ ♃	♑ ♄	♒ ♄	♓ ♃	♈ ♂	♉ ♀	♊ ☿	♋ ☽	♌ ☉	♍ ☿
8	20	32	44	56	68	80	92	♏ ♂	♐ ♃	♑ ♄	♒ ♄	♓ ♃	♈ ♂	♉ ♀	♊ ☿	♋ ☽	♌ ☉	♍ ☿	♎ ♀
9	21	33	45	57	69	81	93	♐ ♃	♑ ♄	♒ ♄	♓ ♃	♈ ♂	♉ ♀	♊ ☿	♋ ☽	♌ ☉	♍ ☿	♎ ♀	♏ ♂
10	22	34	46	58	70	82	94	♑ ♄	♒ ♄	♓ ♃	♈ ♂	♉ ♀	♊ ☿	♋ ☽	♌ ☉	♍ ☿	♎ ♀	♏ ♂	♐ ♃
11	23	35	47	59	71	83	95	♒ ♄	♓ ♃	♈ ♂	♉ ♀	♊ ☿	♋ ☽	♌ ☉	♍ ☿	♎ ♀	♏ ♂	♐ ♃	♑ ♄
12	24	36	48	60	72	84	96	♓ ♃	♈ ♂	♉ ♀	♊ ☿	♋ ☽	♌ ☉	♍ ☿	♎ ♀	♏ ♂	♐ ♃	♑ ♄	♒ ♄

Chronocratores annorum, ac menſium ſecundum Ptolemæum.

Anni ſalutis.	Anni ætatis	Martii 30	Aprilis. 27	Maii. 25	Iunii 23	Iulii. 21	Auguſt. 18	Septéb. 15	Octob. 13	Nouéb. 10	Decem. 8	Iani. 5	Iani. 31	Februa. 28
1542	24	♏ ♂	♐ ♃	♑ ♄	♒ ♄	♓ ♃	♈ ♂	♉ ♀	♊ ☿	♋ ☽	♌ ☉	♍ ☿	♎ ♀	♏ ♂
1543	25	♐ ♃	♑ ♄	♒ ♄	♓ ♃	♈ ♂	♉ ♀	♊ ☿	♋ ☽	♌ ☉	♍ ☿	♎ ♀	♏ ♂	♐ ♃
1544	26	♑ ♄	♒ ♄	♓ ♃	♈ ♂	♉ ♀	♊ ☿	♋ ☽	♌ ☉	♍ ☿	♎ ♀	♏ ♂	♐ ♃	♑ ♄
1545	27	♒ ♄	♓ ♃	♈ ♂	♉ ♀	♊ ☿	♋ ☽	♌ ☉	♍ ☿	♎ ♀	♏ ♂	♐ ♃	♑ ♄	♒ ♄
1546	28	♓ ♃	♈ ♂	♉ ♀	♊ ☿	♋ ☽	♌ ☉	♍ ☿	♎ ♀	♏ ♂	♐ ♃	♑ ♄	♒ ♄	♓ ♃
1547	29	♈ ♂	♉ ♀	♊ ☿	♋ ☽	♌ ☉	♍ ☿	♎ ♀	♏ ♂	♐ ♃	♑ ♄	♒ ♄	♓ ♃	♈ ♂
1548	30	♉ ♀	♊ ☿	♋ ☽	♌ ☉	♍ ☿	♎ ♀	♏ ♂	♐ ♃	♑ ♄	♒ ♄	♓ ♃	♈ ♂	♉ ♀
1549	31	♊ ☿	♋ ☽	♌ ☉	♍ ☿	♎ ♀	♏ ♂	♐ ♃	♑ ♄	♒ ♄	♓ ♃	♈ ♂	♉ ♀	♊ ☿
1550	32	♋ ☽	♌ ☉	♍ ☿	♎ ♀	♏ ♂	♐ ♃	♑ ♄	♒ ♄	♓ ♃	♈ ♂	♉ ♀	♊ ☿	♋ ☽
1551	33	♌ ☉	♍ ☿	♎ ♀	♏ ♂	♐ ♃	♑ ♄	♒ ♄	♓ ♃	♈ ♂	♉ ♀	♊ ☿	♋ ☽	♌ ☉
1552	34	♍ ☿	♎ ♀	♏ ♂	♐ ♃	♑ ♄	♒ ♄	♓ ♃	♈ ♂	Λ ♀	♊ ☿	♋ ☽	♌ ☉	♍ ☿
1553	35	♎ ♀	♏ ♂	♐ ♃	♑ ♄	♒ ♄	♓ ♃	♈ ♂	♉ ♀	♊ ☿	♋ ☽	♌ ☉	♍ ☿	♎ ♀

De septem mundi gubernatoribus Planetis, eorumq; varijs nominibus, & epithetis Hermes vocitabat.

♄ SAturnum vocabat Cęlium, Falcigerum, Patrem deorum, Dominum temporis, Dominum altum, magnum, Sapientem, intelligētem, ingeniosum, reuolutorem longi spacij, senem magnæ profunditatis, archanæ contemplationis auctorem, in cordibus hominum magnas cogitationes imprimentem, vel deprimentem, omnia destruentem, & conseruantem, vim, & potestatem subuertentem, & constituentem, absconditorum custodem, & ostensorem, facientem inuenire & amittere, auctorem vitæ & mortis. Si in themate natalicio fuerit bene affectus, nil nisi bonum decernit, sin male, nil nisi malum.

♃ Iuppiter, dictus quasi iuuans pater, Rex cęlicolum, Magnanimus, Tonans, Altitonans, Altipotens, Fulminator, Inuictus, Magnipotens, bonus, dulcis, mitis, bonæ voluntatis, fortunatus, honestus, mundus, bene ambulans in honore, dominus letitiæ, & iudiciorum sapiens, verax, ostensor veritatis, iudex omnium, omnes excellens in bonitate, dominus sapientiæ, & diuinarum largitor.

♂ Mars dicitur Mauors, Excitans mares animos, Bellipotēs, Armipotens, Ensifer, cruentus, sanguineus, audax, magnanimus, indomitus, fulmineus, generosus, fortis potentiæ, & impetuosæ festinationis, contra quem nemo se defendere potest, si quispiam ei obstare voluerit, qui fortes & potentes destruit, & reges de suis sedibus deponit, dominus fortis & potēs, dominus caloris, & igneę calefactionis, planeta effusor sanguinis, qui corda litigantium incendit, irritat, atque audaciam præstat & robur, si fuerit bene affectus, sin male homicidas, & homicidiorum conscius facit, sicarios, fures, viarum abscissores, sed tandem biothanatos.

☉ Sol vocatur Phœbus, Apollo, Titan, Pean, Dionysius, Diespiter, Phanus, Horus, Osyris, vt est in oraculo illo

Sol & Osiris item, Dionisius, Horus, Apollo
Rex & item retinet lucis qui & noctis habenas,
Qui ventos, qui dat imbres, qui tempora mutat,
Stellarum summus rex immortalis & ignis.

Dicitur etiam Arcitenens, ardens, ignipotens, igneus, flammiger, aureus, radiosus, ignicomus, auricomus, lucifer, oculus mundi, multicidus, omnipotens, omnitenens, creator lucis, rex stellarum,

dominus magnus, bonus, fortunatus, honestus, mundus, prudēs, intelligens, sapiens, fulgens super vniuersum mundum, gubernās & viuificans omnia corpora animantium, princeps vniuersi, sub se omnes stellas detinens, omnium stellarum lumen, & virtutem suam propinquitate obfuscans, comburens, & superans, tamen ex lumine & splendore suo omnibus lumen, & splendorē tribuēs, vocaturq; in nocte Dionysius, in die autem Apollo, quasi mala pellens, Homerus ipsum Orion vocauit, hoc est malorum expulsorem vocatur Phębus à specie, & nitore Vulcanus ab ignea violentia, Dicitur Sol, quia omnium stellarum lucem continet propriam.

♀ Venus vocat̃ Alma, Agia, formosa, venusta, venustas, dicitur à Venere, syderea, candida, pulchra, placida, multipotens, fęcunda, domina amoris, & pulchritudinis, sęculorum progenies, hominumq; parens æterna sobole hominum, animaliumq; genera quotidie propagat, regina omnium gaudiorum, & domina lætitiæ, amicabilis perpetua mortalibus beneficia contribuens, & dulcem matricis affectum, humani generis sospitatrix, nullum temporis momentum dimittit suis beneficiis vacuum, nec obtusum, faciens humiliari altum depresso, fortem debili, nobilem ignobili, omnia rectificans, & coequans, vocaturq; Aphroditis, quia in omni sexu, & omni animo reperitur. Dicitur etiam Lucifera, quasi lucem ferens, vocaturq; Hesperus, quando Solem subsequitur, diciturq; Phosphoros, quasi per omnia conducens. quantumcunq; ardua.

☿ Mercurius dicitur filius Iouis, nuntius deorum, pręcoq; deorum, interpres superum, aliger, caducifer, stilbon, hermes, serpentiger, alipes, facundus, lucrificus, sapiens, rationalis, robustus, strenuus, potens, in bono, & malo notanus Solis, nuntius Iouis, masculus cum masculis, fęmineus cum fęmineis, hermaphroditus in vtroq; sexu, fęcundus, Lucanus vocat illum arbitrum deorum supernorum & infernorum, dicitur enim Hermes, hoc est interpres omnium, obscuritatem dilucidans, & aperiens quæ in penetralibus recondita sunt.

☽ Luna vocatur Phæbe, Diana, Lucena, Proserpina,
Terret, lustrat, agit Proserpina, Luna, Diana,
Ima, superna, feras, setro, fulgore, sagitta.
Hecate, menstrua, noctiluca, errans, silens, bicornis, noctiuaga, cornigera, regina cæli, prima cęlitum deorum dearumq;, regina ma-

na maris, elementorũ omnium domina, cui reſpondent ſydera, redeunt tempora, ſeruiunt elementa, cuius nutu, ſpirant fulmina, germinant ſemina, & fruges pululant, Phœbi ſoror, lucens, fulgens, ſtellarum varios motus cohibens, pluuiarum domina, tempeſtates augens & diminuens, omnia e terra naſcentia irrigãs, terræ clauſtra cohibens.

Albubater inquit.

Per hilec, & alcocodeam, & planetas ipſos aſpicientes ſcire poteris ſtatum, & quantitatem vitæ nati.

Per dominos triplicitatis ſcire poteris bonum, vel malum nato euenturum in prima, ſecunda, & tertia parte ętatis ſuæ. Primus enim dominus denotat quid futurum ſit in prima ætate, ſecundus quid in ſecunda, tertius in tertia.

Per dominum termini, qui diuiſor nuncupatur, ſcire poteris fortunam & labores nati.

Per athazir, ideſt directiones hilec ad coitum, vel aſpectus planetarum ſcies tempora, vtpote annos, menſes, & dies, quibus nato bonum vel malum eueniet.

Per athazir horoſcopi diiudicare poteris ſtatum vitæ ſuæ, & peregrinationes eius, & qualiter in terra ſua ſe habebit.

Per directiones decimæ domus ſcies opera, & magiſteria nati, & ſi habebit exaltationem aliquam vel depreſſionem.

Per athazir Solis dignoſcere poteris ſublimitatem, vel dedecus, ſiue malum nomen apud Principes, necnon regni & dominũ, ſi illud habiturus ſit, quin etiam patris & fratrum maiorum ſtatum.

Ex directionibus Lunæ ægritudines vel conualeſcentiam in corpore nati euenturas, & animæ complexionem, & eius matrimonium, ſiue connubia.

Ex directione partis fortunæ ſcire licebit fortunam, eius altitudinem, & eleuationem, & qualiter in hoc ſe habebit, Albubater inquit, Ptolemæus autem ait, Partis fortunæ directionem facito pro iis, quæ ſunt externa, vtpote lucrorum copioſa præſidia, vel detrimenta, & ſi natus futurus ſit diues vel pauper.

Albubater.

Per directiones Saturni dignoſcere poteris explanationem rerum nati, & ſortem, ſeu bonum vel malum ſtatum in hæreditatibus, res item auorum atque patrum, fratrumq;, maiorum, & amicorum, natiq; itinera.

Per athazir Iouis scies amicitiam, quam cum regibus, & potentibus præcipue Iouialibus habiturus sit, & de eis pulchritudine, vel deformitate.

Per directiones Martis dignoscere poteris lites, causas, verba, & contrarietates, siue amores, & amicitias, item nuptias, fornicationes, quin & proficuus vel detrimenta à mulieribus.

Ex directionibus Veneris scies connubia, nuptias, amorem cũ venereis, siue coitus turpes, vel mundos, necnon letitias, gaudia, bonitatem animæ, & conuenientiam cum mulieribus, puellis, & adolescentulis.

Ex directionibus Mercurii dignoscitur ingenium hominis si erit idoneus ad literarum studia, vel ineptus, & si fortunabitur in mercibus, aut non.

Ex aliorum sententia septem Planetarum directiones quid protendant.

Saturni directiones fiunt, vt pernoscantur progenies auorũ, patris, fratrum natu maiorum, & qualitas seruorum, rerum quoque occultarum Saturnus est significator, infirmitatũ quoq; & azemene, lucra, vtilitatem, vel damna à mortuis, & locis humidis, atque rebus stabilibus.

Iouis directiones fiunt ad sciendum lucra, diuitias, & auxilium à potentioribus præcipue ecclesiasticis Principibus, vtque dignoscamus fortunam, amores, amicitias, & laudem ipsius nati erga sapientes.

Martis directio fit pro sciendo nati militiam, & conualetudinem, seu amicitiam, vel inimicitias cũ militibus, & si fortunabitur in rei militaris disciplina.

Veneris athazir fit p coingio & amore nati, & profectus quos habebit a mulieribus & venereis, quin & gaudia vel mœrorem cũ illis statum præterea matris atque sororum.

Mercurii directio fit pro sciendo statum fratrum minorum loquelam magisteria, amicitiam mercatorum dandi & accipiendi, & qualitatem seruorum.

APHETA.

Si Saturnus reperiatur in summo cœlorũ culmine, signo aphetico, si per debitum athazir perduceretur ad corpus Solis, nõ est adeo exitiosa directio qu'm obuiatio Solis ad Saturnum.

Saturnus item apheta ad quadratum Martis obuiatiat graues

casus ex abundantia caloris & sanguinea ægritudine. Si Iuppiter aspexerit illum locum dissoluetur casus, & ab eo liberabitur natus ita.

Saturnus apheta ad finem Libræ, & saltum faciens a signo chelarum in fines maleficos Scorpii, annum denotat molestum, si nõ interiessent benefici radius, qui casum illum soluat.

Solis, vel Lunæ aphetæ, directio in vltimis partibus Gemini maleficis quidem finibus, & ad maleficos in principio Cancri fines obnunciat vitæ periculum, & contrarios casus, propterea q in æstiuo tropico reperitur.

Luna vel horoscopus apheta ad Saturni congressum minatur casus ex frigiditate & ariditate, & ex crassiori, & indissolubili ęgrotatione, & laboribus lienis siue splenis, & ex frigidis febribus perniciosis, seu quartana febre.

Aphetæ directiones ad Martis coitum, vel hostiles radios deuolutæ, denunciant casum satis grauem ex acuta & repentina ægrotatione, aut ex ferro vel igne vulnera lethalia.

Aphetæ occursus ad quadratum, vel oppositionem Solis insinuat quatenus ita genitis accedet casus aliquis infęlix, siue corporis discrasia ex nimia caloris & sanguinis abundantia, & ex morbis in pectore & iecinore prouenientibus. At si ibi esset Iouis præsentia, vel aspectus beneficus, celerem ab ægritudinibus perniciosis & climactеribus casibus liberationem afferet.

Licet Sol & Luna, vel alteruter non fuerit hilech, & applicuerit ad locum deliquii detrimenta inferet in substantia, & honore nati.

Quando Sol vel Luna fuerit hilech, & per directionem applicuerit ad locum eclypsis vel horoscopus, aut M C aciem oculorũ debilitabit, dextri si Sol fuerit aphesis, sinistri si Luna.

Ex Alcabitio.

Quando significator fuerit partiliter in X aut 4. cœli statione quomodo sit dirigendus.

Diducito ascensiones rectas significatoris, vel cęli culminantis ab ascensionibus rectis promissoris accommodatis 360 gradibus si opus fuerit & prouenient gradus directionis, quam perscrutabaris.

♃	23	♌ ——	235.	22	Ascen.rect.
X	15	♊ ——	163.	42	
X	ad	♃ ——	71.	40.	

Ex tabulis Alfonsi.

Significatore partiliter in horoscopo supputato.

Sub latitudine tui finitoris perquirito ascensiones obliquas significatoris, easq; subducito ex ascensionibus obliquis promissoris adiecto integro circulo si oportuerit, & prosilient gradus, & minuta directionis quæsitæ.

In polo 49.

♃.	8 ♓ ——	349.	32	promisso.	
P.	10 ♑ ——	309.	42	significator.	
	horosc ad ♃	39	50.		

Significator in occiduo cardine partiliter supputato.

Contra opinionem Gaurici.

Quoniam ascensiones signorum in parte cęlorum occidua non discrepant ab ascensionibus nadir, siue oppositis, iccirco in tuo finitore perquirito ascensiones obliquas oppositi gradus, in quo fuerit significator, easq; subducito ab ascensionibus obliquis nadir promissoris adiecto si opus fuerit in integro circulo, residuum quippe indicat gradus directionis quam perscrutabaris.

In latitudine 41.

Promissor	♄	15	♋ ——	307	53	♐			
Significator.	☉	20	♉ ——	243	51	♏	A	M	D
☉ ad	♄			64	2		64.	0	12

Quando significator, siue aphesis reperiretur extra quatuor cœli cardines, dirigere, si progrederetur intra decimam, & horoscopum quo pacto dirigendus sit.

Ascensiones rectas culminantis cęli diducito ab ascēsionibus rectis significatoris, siue loci hilegialis, & productum diuidatur per partes horarum illius gradus, in quo fuerit significator & in quociente prodibunt horiea tempora, vtpote horæ longitudinis, siue elongationis à culmine cęlorum, quas seruato seorsum, vel sic

Significatore in parte orientali supra terram supputato.

Diducito aſcenſiones rectas illius gradus in quo ſuerit ſignificator, de aſcenſionibus rectis promiſſoris, & ſi quidpiam remanſerit, dicetur ſignificator circuli directi.

Poſtmodum ſubtrahe aſcenſiones obliquas ſignificatoris de aſcenſionibus obliquis promiſſoris, & proſiliet ſignificator regionis.

Illius denique reſidui, quod erit inter ſignificatorem circuli directi,& ſignificatorem regionis, cape ſextam partem, quam multiplica per horas longitudinis ab angulo, & prodibit æquatio: quam, ſi circuli directi ſignificator fuerit minor ſignificatore regionis, adiicito gradibus ſignificatoris circuli directi, ſubducatur vero ſi maior, & prodibunt gradus, & minuta directionis, quam perſcrutabaris.

Pars	Orientalis	10	11	12	ſupra terram.
		1	2	3	ſub terra
	Occidua	4	5	6	ſub terra
		7	8	9	ſupra terram

Ex interprete Alcabitii Io. de Saxonia.

Quando ſignificator peragrauerit intra X, & horoſcopum.

Diducito aſcenſiones rectas decimæ domus ab aſcenſionibus rectis ſignificatoris, & prodibit diſtantia eius à M.C. ſupra terrã, quam ſeruato ſeorſum.

Dein diducito aſcenſiones rectas ſignificatoris ab aſcenſionibus rectis promiſſoris & proſiliet ſignificator circuli directi.

Tertio ſubduc aſcenſiones obliquas ſignificatoris in tuo finitore ſupputatas ab aſcenſionibus obliquis promiſſoris, & reſultabit ſignificator regionis.

Vltimo ſubtrahe ſignificatorem regionis à ſignificatore circuli directi, aut è contra, vtpote minorem ex maiore, & reſiduabitur differentia duorum ſignificatorum, quam multiplica per diſtantiam ſignificatoris ſuperius ſeorſum ſeruatam, & congeries illa diuidatur per gradus, & minuta arcus ſemidiurni, & prodibit pars proportionalis, quam adiicito cum gradibus, & ſcrupulis circuli directi ſi fuerit minor ſignificatore regionis, vel ſubducito ſi maior, & prouenient gradus directionis, quam perſcrutabaris.

Intra Decimam & Primam.
Ex tabulis Alphonsi,

Promissor ☽ 5 ♒ 37 23 ⟩ Ascen. recta.
Significator ✕ 20 ♈ 21 39

⟨ Distantia ☽ ab ✕ 15 44

☍ ♄ 6 ♓	67 48		
☽ 5 ♒	37 23	subtrahe.	
Significator circuli directi	30 25		
☍ ♄ 6 ♓	348 31	Ascēsio obliqua in polo 49	
☽ 5 ♒	330 22	Ascēsio obliqua ibidem	
Significator regionis	18 9		
Significator circuli directi.	30 25		
Significator circuli obliqui	18 9	regionis subtrahe.	
Differen. duorum significatorum	12 16	✱	
Arcus semidiurnus.	67 4	loci ☽ diuisor	

Differentia duorum significatorum ✱ multiplicetur per distantiam ☽ a cælo culminante, & aceruus ille diuidatur per quantitatem arcus semidiurni, & prodibit pars proportionalis, quæ erit gradus 2. minuta 52. 2. 39, hanc diducito a significatore circuli directi, quoniam fuerat maior significatore regionis, sin fuisset minor deberes eandem addere, & prouenient gradus, & minuta directionis quæsitæ,

Signator circuli directi	30	25	0	
Pars proportionalis	2	52	39	subtrahe.
☽ directio ad ☍ ♄	27	32	21	

Significatoris distantiam ab horoscopo reperire.

SVbducito ascensiones rectas significatoris ab ascensionibus rectis anguli terræ, & productum diuide per partes horarum gradus tui significatoris & prosilient horæ elongationis ab horoscopo.

Quando significator fuerit intra 4. & 7. domos.

Subducito ascensiones rectas anguli terræ ab ascensionibus rectis significatoris, & residuum diuidatur per partes horarum nadir gradus, in quo fuerit significator, & prodibunt horæ, siue gradus elongationis ab angulo 4. domus. *Intra 7. & x.*

Subducito ascensiones rectas significatoris ab ascensionibus rectis cœli culminantis, & residuum diuidatur per partes horarũ nadir illius gradus, in quo fuerit significator, & confestim scaturient horæ siue gradus elõgationis ab occiduo cardine, quas seruato seorsum.

Ioannes de Saxonia.

Quando significator fuerit in parte orientali sub terra, vipote intra horoscopum, & imum cœli.

Subducito ascensiones obliquas horoscopi in tuo finitore repertas ab ascensionibus obliquis significatoris, & residuum erit distantia significatoris ab horoscopo, quam seruato ad partem.

Secundo subtrahe ascensiones gradus significatoris in circulo obliquo, ab ascensionibus obliquis promissoris, & prodibit significator regionis.

Tertio subduc ascensiones rectas gradus significatoris ab ascẽsionibus rectis promissoris, & prodibit significator circuli directi, dein subtrahe minorem de maiore, & prosiliet differẽtia viriusque significatoris, quam multiplica per distantiam significatoris ab horoscopo, & congeries diuidatur per arcum semidiurnum significatoris, & prodibit pars proportionalis, quam adiicito cum significatore regionis si ipse fuerit minor significatore circuli directi, vel subduc si maior, & resilient gradus directionis, quam perscrutabaris.

Qũ significator in occidua cœli parte supputatus pagrauerit intra 4 & 7.

Subduc ascensiones rectas nadir sigñatoris da ascẽsionibus rectis nadir promissoris, & residuũ erit sigñator circuli directi.

Postmodũ diducito ascensiones obliquas nadir gradus significatoris ab ascẽsionibus obliquis nadir ꝑmissoris, & resiliet significator regionis, dein residui illius inter significatorẽ circuli directi, & significatorem regionis accipe 6. partem, multiplicabisque illam per gradus longitudinis significatoris ab angulo, & prodibit æquatio, quam si significator circuli directi fuerit minor significatore regionis, adiicito cũ gradibus significatoris circuli directi vel subducito si maior, & prodibunt gradus directionis quæsitæ.

At si significator esset intra 4. & 7. negociari oportet veluti si progrederetur intra x, & horoscopum.

Quando significator progrederetur intra septimam, & decimam negociandum erit veluti si esset intra horoscopũ, & foueam planetarum siue imum cæli.

Qñ signator esset in vna cæli quarta, & promissor in altera ei succedente, dirigito prius significatorẽ ad angulũ, qui succedit ei immediate, postea quoque eum ab angulo ad locum promissoris, & coniungito simul vtranq; directionem, & cõgeries illa erit significatoris directio.

DE DIRECTIONIBVS.
Ex Hali Alberangele.

PRO X. domo & planetis in ea partiliter supputatis fiant directiones, quas Babilonii, & Arabes athazir vocitabant, per ascensiones circuli directi. Quippe qui eiusdem culminantis cæli directiones indicant opus siue magisterium nati, eiusq; statũ in dominio & exaltatione.

Horoscopi autem, & septimæ directiones fieri debent p ascensiones obliquas regionis, in qua natus venit in lucem. Apheticorum planetarum, qui non fuerint cardinaliter supputati fieri debent directiones sub eorum finitoribus.

Horoscopi directio fieri debet, etiam si non fuerit hilech, siue dator vitæ: quippe qui ab ea dignoscitur status nati, in corporis salubritate, vel aduersa valetudine, seu mœrores, aut gaudia animi, est vtique horoscopus significator corporis & animi.

Sol hilech denunciat nati vitam, & eius bonum vel malum statum in dominio & altitudine, quippe qui si per debitum athazir applicuerit ad coitum, vel hostiles radios maleficarum stellarum, denunciat nato ægritudines, vel mortis discrimina, siue aliquid dedecoris, seu nigram nominis notam, & iras potentiorum. Sin peruenerit ad congressum vel salutares beneficarum stellarũ radios, natus erit sanus, letus, & fortunatus.

Luna aphesis siue hilech per debitum athazir ducta decernit corporis & animi complexionem, necnon fortitudinem robur aut vitæ debilitatem & genitricis faustum aut infelicem statum.

Sortis fortunæ hylech dirigitur vt dignoscatur nunquid natus consecuturus sit lucrorum copiosa præsidia, siue diuitias, aut fortu-

fortunarum iacturas, impedimenta, vel pauperiem, & dedecorosam vitam, aut sublimem statum, clarosque honores, iuxta partis fortunæ directiones ad beneficarum stellarum, aut maleficarum fœlices aut hostiles radios, siue congressum.

Gradus synodi, vel plenilunii præcedentis diem natalis denunciat quoque fortunas vel detrimenta, quæ nato euentura sunt, siue accidere debent, & corporis complexionem.

Simili modo dirigendi sunt significatores parentum, fretrum, filiorum, seruorum, & amicorum, atque inimicorum, & quando quiuis eorum applicuerit ad congressum, vel radiationes beneficarum pronunciato bonum, & letam sortem, aut infelicem in re quam significat. Quando autem ad maleficas vel hostiles eorum radios, contrarium diiudicato.

Directionis cuiusque applicatio fortior est, quando peruenerit ad ☌ dein ad ☍ postremo ad quadratum, tã beneficarum, quàm maleficarum stellarum.

Saturnus est significator maiorum natu, vtpote auorum, seu parentum, significat etiam fratres natu maiores, & ipsorum qualitates, sed azemenam nato infirmitates chronicas, res stabiles, agros, fundamenta domorum, res occultas, detrimenta, siue res hæreditarias, lucra, vtilitates. Si enim eiusdem Falciferi directio deuoluetur ad beneficarum stellarũ radiationes, vel congressum diiudicato bonum. Malum vero ad Martis vel Solis coitum, aut maleficos radios portendit.

Iuppiter est significator diuitiarum patrocinio summorũ Põtificum, atque nobilium, fortunam bonam in opibus congerendis, amoris vicissitudinem cum potentioribus ecclesiasticis, & sapientibus, & ipsius laudem erga sapientes, præcipue Iouios viros & legum professores.

Martis directio fieri debet vt pernoscatur nunquid natus habiturus sit laudem & letam sortem, atque exaltationem in rei militaris disciplina, seu beneuolentiam cum Martialibus.

Veneris directio denotat connubia, amores, atque vtilitates quas habiturus est ex mulieribus, & dotem ab vxoribus, decernit quoque gaudia, ex rebus Venereis, necnon cantus, lauta conuiuia, & venerem ægregiam si ad fęlices stellarum radios deuoluetur, portendit quoque statum matris, & sororum natu minorum.

Mercurius denotat nati facundiam dicendi, leporem, magisterium, studia literarum præcipue totius quadriuii, philosophiæ, musices, quin etiam lucra, siue detrimenta ex scripturis, & moribus, significat etiam statum fratrum, qui sint minoris natu.

AXIOMATA.

Ex Alberangele.

Quando athazir, hoc est directio aphetæ applicuerit ad synodum, vel radios, aut fines beneficarum stellarum, nato bonum portendit, secundum naturam loci, & sui domicilii, in quo prærogatiuam habuerit illa benefica, è contra autem diiudicato quando ad maleficarum congressus vel hostiles radiationes, & præcipue fines infaustos.

Quandocunq; hilech per debitum athazir applicuerit ad ☌ ☐ ☍ luminarium vel malignantiũ stellarum diiudicato impedimenta, ægrotationes, vel interitum nati nisi fuerit ibi præsentia, vel prosperæ beneficarum radiationes, præsertim si significator ille cuius fit directio, & promissor fuerint in finibus maleficarum, aut in vltimis signorum partibus.

Quando horoscopus fuerit hilech, siue aphesis, & per debitũ athazir peruenerit ad gradum eclypsis, natus ille interibit.

Si Sol, & Luna fuerint hilech, & duxeris athazir ad horoscopum, vel medium cęli, eclypsis damnificat oculorum aciem. At si non fuerint hilech, & applicuerint illuc damnum minantur, in substantia facultatis, & honore.

Si ⊕ fuerit hilech, & peruenerit ad gradum deliquii, cęcabitur natus, quandoquidem dicta pars fortunæ proprie significationem habet in oculis..


Applicatio siue accessus aphetæ ad infortunas fortior & deterior est quàm accessus infortunarum ad gradus eiusdem aphetæ, nihilo tamen minus damnum inferet, sed non tantum.

Lunæ directio ad horoscopum abscindit vitam nati. æque enim interficit, vt Mars.

Stellæ fixæ de natura seu complexione maleficarum impedimenta grandia obnuntiant, & vt plurimum interficiunt, quando aphetæ directio ad eas peruenerit, si beneficæ stellæ illas non aspexerint.

Gradus deliquiorum, & omnes anguli eorum abscindunt, si enim aliquis angulus deliquii, vel ipsemet gradus ceciderit in horoscopo alicuius nati interficit eum.

Quando labor Solis celebrabitur in loco ☋ est fortior & peior omnibus aliis locis, quoniam si hilech proprie diurnum applicuerit ad illum gradum per athazir non poterit euadere natus ille, nisi altitonantis patrocinio, in quocunque tempore ætatis suę fuerit illa applicatio, quoniam in hoc coniunguntur tria infortunia, vtpote corpus ☉ ☽ ☋.



Sol in 9. domo cum ☋ in 10 ♉ in polo 24.

Saturnus in culmine cælorum ſub 16 ♊ quando ☉ applicuit ad ♄ & X· ad ☍ ♑, vtpote anno 41. menſe 2. die 14. vel circi ẽ ter fuit laqueo ſuſpenſus.

☍ ♑	116	0	aſcenſio recta.
X	74	47	aſcenſio recta.
X ☍ ♑	41	13	ſuſpenſus.

Ex Alberangele.

Quidam nobilis fuit à ſeruis interfectus. Quando hilech vitæ in principio ♓ & diametro ♑ applicuit per directum athazir ad gradum ♄ qui erat in ſexta domo ſub 22 ♈ fuit nocte ſuffoģ catus à ſeruis.

Alter nobilis fuit à seruis interfectus, quando ☽ hilech in 5 domo partiliter supputata sub 20 ♍ per athazir peruenit ad 28 ♎ locum ♄, & 6. domum, quæ est seruorum, fuit suffocatus à seruis.

Quidam fuit suspensus, quando ☉ hilech sub ♍ Mercurii domicilio, & in 9. domo, & ♄ in ♎ finibus ♂, sed ♂ in 5. sub ♉ quando gradus decimæ adplicuit ☍ ♂, In trabe sublimi triste pependit onus.


Ex Alberangele.

Quidam fuit combustus, quando ☉ hilech in xi. domo & finibus Martis peruenit ad ☍ ♂ qui erat in 9. domo, & vltimo decano ♊, antequam perueniret ad terminum vltimum suæ ætatis, quem sibi pollicebatur ☉ suum hilech, siue aphesis.

Alter fuit submersus in aquis quãdo ☽ hilech in 3 domo sub 24 ♒, & ♄ in imo cęli in 29 ♓ peruenit ad locum ♄ existentis, vt dictum est in imo cęlorum, qui locus est tenebricosus, & fouea planetarum.

Stellæ nebulosæ.


Duo aselli	0	0	♌	♂	☉
Præsepe	0	1	♌	♂	☽
Nebulosę	14	30	♍	♄	☿
	20	50	♐	♂	☽
	4	50	♑	♂	☉



☉ cum pleiadibus in oculo dextro.
♄ ☽ ♂ in oculo ſiniſtro.
Horoſ. 22 ♌ 131 12 aſcen.obl.

☽ 0 ♌ 102 51 aſcen.obl.	A	M	D
Factus cęcus 28 21	28	4	6.


☽ in ♋ cum ſtella nebuloſa in xii. quando peruenit ad horoſcopum occęcauit natum in oculo ſiniſtro.



Solis aphesis, hoc est hilech in 3. celi templo, & ♄ in imo sub 27. ♈ quando peruenit Sol ad locum Martis fuit carceratus ab iustitia Regis, & paulo post incidit in ægrotationem, quæ dicitur ignis sacer, & discessit in eodem carcere ex febre acuta. hæc Alberangeles.

Christophorus notarius Bononień.
interfectus in ecclesia sancti Francisci. Latitudo 45.

[1 49.]



Per animodar X = 2 35 ♈ | ♃ ♀ ☍
P = 22 20 ♋ | ☋ ☉ ☌
In themate concept. | ☋ ☽ ☌ platice
♄ 12 42 ♋ | ☽ ⊕ ☍
☋ 14 40 ♋

Quoniam pater huius notarii interfecerat vnum ex Marescottis, duo ex Marescottis interfecerunt illum Christophorum & eius fratrem in ecclesia sancti Francisci Bononiæ, anno ætatis notarii huius vertente christianæ vero lyturgiæ 1538. vti prædixeram.

Ex

Ex Alberangele.

Cæcus.

QVando pars azemene per debitum athazir peruenerit ad Lunæ locum. vel èconuerſo, natus oculi ſiniſtri aciem deſiderabit.

Luna in cacodemone ſub Cancri ſydere, & cum ſtella nebuloſa quando applicuit ad horoſcopum Martis locum, nati oculum ſiniſtrum occecauit.

Pars fortunæ, quæ habet in oculis ſignificationem, quãdo fuerit hilech, & per debitum athazir applicuerit ad gradum deliquii natus cęcabitur.

Sol in Sagittario cum ſtella nebuloſa in horoſcopo, & Luna male affecta a radiis hoſtilibus Martis, natus vtriuſque oculi aciẽ deſiderabit.

Directiones horoſcopi.

HOroſcopi ad □ vel ☍ Solis locum climactericum, obnunciat hydropis diſcraſiam, & cardiacæ offenſionem, caput quoque ita geniti malitioſis humoribus conflictabitur, & febre quotidiana, præſertim ſi Sol fuerit in Cancro, nam phlegmaticã ſiue pytuitoſam febrem deguſtabit, huiuſcemodi autem mala cum medicinis reubarbari, vel mannæ elangueſcent, ſi ſtellæ ſalutares aphocam Solis irrorauerint, oculi quoq; dextri acies debilitabitur. In aquis denique naufragii diſcrimina vnde ita genito conſilium damus, vt domi diſſimulato maneat, principũ quoq; vel potentiorum ſimultates atque nobilium effugiat, ni volet carceris fortunarum, & corporis diſcrimina deguſtare.

Horoſcopi ad □ vel ☍ Martis.

IN brachiis, vel manibus, aut humero, vulnera, ſeu cicatrices infliget, ni lites iurgia, & rixas euitauerit, atque inimicorum inſidias, & iram ſtenauerit. ira, inquit Venuſinus, furor breuis eſt animum rege qui niſi pa ret, imperat, hunc frenis, hunc tu compeſce cathenis. item

Ira parit rixas, rixæ vertuntur in enſem,
Enſis dat vulnus, vulnera ſępe necem.

Eſſet enim diſcrimini vitæ obnoxius, vel ſaltem inſalubris ex febre tertiana, & acuta, & ab igne ſeu ſcloppo, & tormentali machina præcauendum vtatur natus ita modeſtia in cibo, & bibitione ne poſt ægrotationem in recidiuam incidat, potentiorum inimicitias effugiat, ni volet fortunarum iacturas experiri.

Horoſcopus ad □ vel ☍ ♀ illo anno amoris cum zelotipia propinabit illecebras, ſed in eis aduerſitates & anxietates, nihil enim earum rerum quas deſiderabit efficere poterit, earum præcipue quæ ad venerem pertinent, mulierum quoque inſidias, aut ipſarum gratia ignominiam, dedecus, & iacturam obnuneiat forſitan ob nefandam venerem, & ſobolem generare non poterit, præſertim ſi ♀ fuerit in ♈ ♍ ♑ ♒ ſub qualibet venere militabit.

Horoſcopus ad □ ♃ inſalubris annus, & cum Iouiis litigioſus, & parum vtilis.

Ad △ vel ⚹ ♃ ſalubris annus, & cum Principibus eccleſiaſticis conſortium vtile, & glorioſum, eritq; natus votorum compos.

Ad ⚹ △ ☽ nullas patietur ægrotationes momenti alicuius cum lunaribus ſiue plebeis, & mulieribus conſortium decernit vtile, & honorigerum, ad itinera ſolito procliuior.

Horoſcopus ad ⚹ △ ☿ ita genitis ſalubritatem, ſagacis genii dexteritatem decernit, atque facundiam orationis, eritq; genus negocioſus vtilis & glorioſus.

Ad □ vel ☍ ☿ inſtātis anni curriculo natus ingenii ſolertia hebetabitur, nam eiſdē ipſis rebus, quas ſenſus afferret, ratio refragabitur, atq; repudiabit, nihil ardui auſpicabitur laborioſus ad nullos actus neceſſarius in rebus hæreditariis difficultatem habebit, & in ſcripturis, & lucris detrimenta, Mercuriales ſibi infenſos audiet, magna facturus diſpendia.

Ad ⚹ △ ♄ mediocritatem quandam habet.

Ad ⚹ vel △ Solis ſalutaris honoriger & vtilis annus potentiorum ſuffragio.

Horoſcopus ex ♑ ſaltū in ♒ leuem quandam alterationem melancholicam, ſiue phlegmaticam minatur, in aqueis itineribus periculum ſeu naufragii diſcrimina.

Horoſcopi ad calpen ſtellam Ioniæ & Saturninæ complexionis, ille cęlorum defluxus non paruam ex mortuis vtilitatem, ſiue hæreditatem pollicentur, grauitatem quoque & ſecuritatem decernit, leuemq; alterationem ex coitu, ſeu amoris illecebras.

☉

Sol ad ⚹ △ ♃ deffluens magnam contribuet honoris, dignitatis, & diuitiarum promotionem in rebus eccleſiaſticis magni cuiuſdam Principis eccleſiaſtici patrocinio, vel diuitiarū in-

crementa absque sudore, aut ab insperato, vel patris si tunc vixerit, aut consanguinei fauore, & auxilio, vel sui ipsius ita geniti labore, atque sudoribus, aut propria ingenii dexteritate, eritq; vtilis,& honoriger annus, & salubritati accommodatus. Decernit etiam legationis accessus claros tribunciæq; plebis dominia & literati, seu rationalis viri fauore fœlicitatem.

Sol ad ⚹ vel □ ♀ ex mulieribus quibusdam occasionibus ad facultatem & honoris insignia dabitur occasio ex mortuis quoque siue ipsorum hæreditariis rebus lucrorum copiosa præsidia.

Sol ad ⚹. △ Martis occasione bellorum, & amicitias cum Martialibus, laudem & honoris insignia decernit, aut natus stratagemata inueniet, vnde consequetur diuitiarum incrementa nō modica, & amicitiam cum Principibus Martialibus, & à Militibus laudum præmia, sed leui ægrotatione quadam vel casu ab equo torquebitur.

Solis ad spicum Virginis,vel cor Leonis stellas primi honoris fulgentissimas, & illarum admirabiles significationes si natus fuerit idoneus maximos cōsequetur honores, & dignitatis insignia, nemo potis est illarum stellarum plene decreta exprimere præsertim si altera ipsarum fuerit in summo cęlorum culmine & ad illam Solis sua cum maiestate peruenerit, ita genitus tales & tam magnas sortietur dignitates, & diuitiarum affluentiam, & fasces amplissimos, vt ipsemet sæpius admirabitur quo nam pacto ad tantas peruenerit dignitates, & facultatum incremēta. Quis enim humano ingenio illarum stellarum decreta plenius enunciare poterit,nam semper primarios magistratus & hæreditates affluētissimas condonare consueuerunt, & ex infimo gradu ad supremæ fastigia rerum extollere.

☉

Ad △ vel ⚹ ♄ illo anno natus seuerus admodum videbitur, & plus solito grauitatem seruabit, rerumq; suarum incrementa consequetur, sed leuem quandam alterationem degustabit, cum uiris senioribus consortium inibit honorificum, magisq; lucrigerum ad opes cumulandas,& ædificia procliuior.

Ad ☍ ♄ aliquam honoris iacturam denunciat, & cum Saturninis odia, simultates, & iurgia, & in peregrinationibus maritimis naufragii discrimina,& variæ fortunæ mutationem,ægrota

tionem melancholicam siue phlegmaticam cum capitis, & stomaci cruciatibus, & tussi molestissima cum corporis,& animi molestia.

Sol ad □ vel ☍ Martis illo anno natus effugiat cum Martialibus iurgia & controuersias atque inimicoruminsidias, nocturno præsertim tempore, ne sibi in capite seu fronte vulnera infligantur, & facies cicatricosa efficiatur climactericus etiam erit annus, & valde insalubris ad nullam rem arduam applicet animum, neque audeat, quum sciat se in omnibus rebus se infęliciter impediti, climactera enim minatur, siue casum, & ægritudines dolores in capite & stomacho & oculorum, præcipue dextri acies debilitabitur, & si ita genitus patrem habuerit illius morte mærebit.

Sol ad □ eius, natus ita cum patre si tunc vixerit controuersias habebit vel vnus, quem patris loco habuerit eum odio prosequetur, & quidem mutuo, effugiat potentiorum consortia & hostiles insidias & carceris aut exilii incomoda ni volet honoris atq; expectationis subire dispēdia effugiat nimios labores & sudores ni volet quotidianæ febris pericula subire.

Sol ad □ vel ☍ ☽ illo anno natus aliquod dedecus & inimicitias cum potentioribus experietur ob muliebrem libidinosamq; causam vel cum mulieribus atque plebeis odia & simultates acerbas.

Sol ad ⚹ Solis magnos pollicetur honores potentiorum suffragiis, & cum nobilibus consortium vtile,& honorigenum.

X^a^

M. C. ad ⚹ vel △ ♄ cum senioribus consortium decernit honorigerum potiusquā lucrigerum, quippe q ita genitus dignitatem aliquam sortietur cum pecuniarum dispendio voluntario, seueritatis quoq; grauitatem seruabit.

X ad □ vel ☍ ♃ deuoluta, magni cuiusdam præsidis odia,& mutuas simultates prouocabit, atque honoris fortunarumq; dispendia, & vxor sobolem concipiet, si eam habuerit masculam, si ♃ fuerit in signo masculino, vel fęmineam in fęminino.

X ad △ vel ⚹ ♃ honoris atque dignitatis officium decernit, magnorumq; virorum præcipue Iouialium necessitudinem, atque familiaritatem, & pulchræ sobolis procreationem.

Directiones X seu culminantis cœli.

Ad ⚹ vel △ ♀ aut ☌ cum venereis hominibus & mulieribus

consortium dabit gratum. atque voluptuosum, & si natus vxorē habuerit, vel amicam, & venerem fœmineam non defraudaue-rit, sobolem seminabit formosam, eodemq; anno dignitatem & officii promotionem lucrigeram, & cum magna muliere ami-citiam vel eius patrocinio dignitatem lucrigeram cōsequetur.

X^{e} Ad ⚹ vel △ ☿ nato legationis honorificæ & lucrigeræ mu nera pollicetur, vel administrationem aliquam, literarum studia non postergabit, vel erit ad scripturas, & merces commutandas solito propensior, cum literatis & mercatoribus consortium ha-bebit: eritq; amator arithmeticæ, & musices, mathematicarumq; disciplinarum.

X ad cor ♏ stellam fulgentissimam, quæ à Græcis anteres nuncupatur ex re militari honores clarissimos portendit, & cum armigeris consortium vtile & gloriosum, sed quandoq; inimici-tias ob inuidiam. ad cor ♏

De ☽

Ad △ ♄ vel ⚹ denotat amicitiam cum senioribus, & natus erit impotens in coitu, & frigidus.

Ad ☌ ⚹ vel △ ♃ cum ecclesiasticis Principibus consortiū decernit, eritq; natus ita pius, clemens, atque beneficus, præcipue pauperibus & virtute præditis ad religionem solito propensior, puritatis amator, osor improborum, iustitiæ, & munditiarum cul tor.

Luna sinistro humero orionis alligata luxuriam excitabit, & honoris affectum, ambitione nimia sollicitabitur, in oculo sini-stro aliquid sinistri experietur. sinistro orionis

Luna ad ⚹ △ Solis claros decernit honores, victoriæ cupi dus & gloriæ à nobilibus, & populis atque mulieribus plus soli-to venerabitur.

Luna ad ⚹ Lunæ apocham & lucidam hiadum, quæ lampira à græcis dicitur ad libidinem efficiet propensiorem, à populis honoratum, in peregrinationibus vel extra patriam venerabitur.

☽ Ad ⚹ △ ♀ legationem vtilem & gloriosam portendit, & venereas voluptatum illecebras, & honoris insignia.

Luna ad Vergelias ita genitum ad libidinem magis ac magis so-lito propensiorem rediget luxuriæ enim actibus ac lasciuiis volu ptatum illecebris implicabitur, rebus odorificis oblectabitur, vi-nolentiæ bibitionibus, lautisq; conuiuiis, fabulis & sermonibus mordacibus, qui astantibus risum concitabunt contra propriam

naturæ consuetudinem.

Luna ad stellam nebulosam in ♊ constitutam, grauem obnunciat ægrotationem, & in oculis, præcipue sinistro nebulam siue hebetudinem.

⊕ Directiones.

Directio partis fortunæ, quæ à Græcis archetypos nuncupatur ad Soli ⚹ vel △ configurationem, siue congressum substantiæ, & honoribus attestatur potentioris patrocinio.

Pars fortunæ ad ⚹ vel △ ♃ aut ♀ diuitiarum incrementa pollicetur Iouialium adminiculo, aut ex legationibus vel rebus hæreditariis, siue vxoris dote, aut mulieris inclitæ largitionibus, voluntarie tamen & sponte sua natus multa faciet dispendia honorigera.

Pars fortunæ ad □ vel ☍ ♀ maiora pollicetur dispendia quam compendia ex rebus venereis siue lautis, conuiuiis & odoriferis, & amore puellarum itidem efficeret ad ⚹ ♄ & □ ♃.

Pars fnrtunæ ad ☌ ⚹ △ ☿ diuitiarum incrementa contribuet ex propria nati industria, & sagacis genii dexteritate vel mercimoniis, aut externa hæreditate, aut ab insperato.

Ad □ vel ☍ ☿ medium habet, sed dispendiis & lapidationi magis quàm vtilitati, & lucro arrestatur.

Pars fortunæ ad secundam domum preciosam atque mundam suppellectilem decernit, ad quartam vero rerum stabilium incrementa.

DIRECTIONES

PROGRESSIONES SIVE INAM=
BVLATIONES ASCENSORIA TEM
PORA HORIMEA HORARVM
constitutio.

OBVIATIONVM APOCHE ET
tempora particularia per ilegiorũ directiones exa=
minata, & in singulis huiusmodi circuitibus
apotelesmata.

PER LVCAM GAVRICVM
EPISCOPVM.

Vlgata est apud philosophos, & præcipue Peripateticos sententia, actiones nullas momentaneas esse, sed omnes propemodum sibi determinatum tempus exposcere. Quum itaque sydera hosce inferiores producant euentus, diuersa sibi iuxta diuersam virtutem atque influentiam exigunt tempora, quibus indigesta possit materia præparari, atque digeri, Quippe quæ cęlorum afflatus non agunt nisi in materiam bene dispositam. Huiuscemodi autem tempora ab Astronomis per Apheticorum locorum directiones, solerti sunt indagatione comperta, quibus scilicet significatores ad promissorum loca positionesq́ȝ, aut è contrario ordine traducantur, vnde futurorum euentuum tempora dignoscuntur. Nos in sequentibus super Apheticorum locorũ singulis directionibus apotelesmata sigillatim enucleabimus.

Horoscopi directiones ad ⚹ & △ ♄

Horoscopi circuitus, occursus, progressiones, inambulationes, quas Genethliaci, tam veteres, quàm neoterici Directiones appellare consueuerunt, si anno quopiam peruenerit ad ⚹ vel △ Saturni in vtroque cęlesti schemate bene affecti, & sub ♎ ♑ ♒ fęliciter supputati cum Saturninis, vtpote viris potentioribus, & ætate grauescentibus commertium dabit honorificũ tamen magisquam lucrigerum. Quin etiam ex rebus stabilibus vtpote agrorum cultura affluent, lucrorum copiosa præsidia, eritq́ȝ ita genitus illo anno ad ædificia, puteos effodiendos, vel aquarum ductus, thesauros congerendos, arborum insitiones reiq́ȝ hæreditarias solito procliuior, ac fiet rerum copia maior licet a suis natu maioribus, & agricolis pleraq́ȝ facturus sit dispẽdia At si falcifer ipse non fuerit in altero ex suis domiciliis, neque in suo trono, sed in horoscopo vel cardine occiduo, ab Ioue tamen fęliciter irrigatus ingeret nato leuem quampiam corporis discrasiam melancholicam, siue phlegmaticam, & molesta tussi conflictabitur, sed cito conualescet, iste siquidem cęlorum defluxus quandam decernit mediocritatem.

Horoscopi ad ☌ □ ☍ ♄ directio quandocunq́ȝ peruenerit, qui in themate ... icio fuerit male affectus, vtpote in ♈

suo casu siue dedecore, aut in diametro alterutrius domicilii sui ♋ vel ♌, vel sit combustus, siue peregrinus, aut retrocedens, ita ♈ nullam habuerit dignitatem essentialem, & ab Ioue aut Venere non intueatur, nato afferet illo anno malam corporis discrasiam chronicam, vtpote ægritudines ex frigiditate & siccitate prouenientes, aut ex nimia pituite, hoc est phlegmatis redundantia, tusses præterea molestissimas, siue febres quartanas, seu tertianas duplices, morbum veternum, cerebri inuolutionem, vertigines, & insuper molestas animi perturbationes. & anxias chimericas cogitationes horrificas, & omnem quodammodo successum in cõsiliis & actionibus nati irritum.

Horoscopi ad ♂ ♄ minatur, vt supra diximus, ægrotationem ex frigiditate & ariditate & morbo crasso, atque difficili cum lienis, hoc est splenis dolore & difficultate anhelitus.

Horoscopi Aphete ad ♄ □ vel ☍ heptagonum intuitum diametram scilicet radiationem excitare consueuit febres quartanas cum maximo rigore & horrore atque splenecticas passiones, cholicos cruciatus, tormina, gonorream, siue erniam, dissinteriã, fistulas in podice & in pene aliquid impedimenti, in naribus polipum, podagricos atque chyragricos cruciatus, aut in coxendicis ad talos vsque pedum tumores, & denique mortis discrimina. Verũ si in Apocha horoscopi & falcitenentis fuerit salutaris stellæ Ionis aut Veneris præsentia vel fœlices radii, ita genitus illo anno ab hisce malis magna ex parte liberabitur bono cum regimine & prudentia duce, dummodo fœlix stella Iouis non fuerit a maleficis tunc obsessa. Essent enim (inquit Iulius Maternus libro primo) homines immortales, si nunquam Iouis benignitas vinceretur. Vnum tamen sciendum est, quòd licet beneuola sit Ionis stella, nihilominus contra impugnationem ♂ & ♄ si eam violenta radiatione constringant resistere sola non posset, sed quia sic artifex Deus hominem fecit, vt substantia eius, transacto certo vitæ spatio solueretur, necessum fuit, vt detento Ioue perquem vita confertur hominibus, ac salutare præsidium in extinguendo hominem, maleuolarum stellarum malitiosa atque perniciosa potestas cum augumento malitiæ permaneret, vt maleuolis radiationibus impugnata compago corporis solueretur.

Si denique iuuans pater & agia Venus locum falciferi, & horoscopi aphete non irrorauerint, perniciosus ille occursus ad horoscopum delatus, siue horoscopi directio ad falcitenentis con

gressum siue radios hostiles deuoluta, eadem quæ supra diximus. infortuniorum genera exagerabit, satis cum vitæ periculo. Eritq; annus mestus & lugubris ob patris vel quem eius loco habuerit internitionem. Verum si genitor, & ipse natus illo anno ab interitu euaserint, nutu diuino cum viris ignobilioribus, & senioribus, infęlix ille, falciferi circuitus excitabit iurgia, rixas, odia, & mutuas simultates, & accusationes, in bonis item hæreditariis detrimenta, in negotiis suis, atque actionibus impedimenta, in magistratibus repulsam, & turpem nominis notam.

Horoscopus ad ♄ ☌ □ ☍

APhesis item significator ad falciferi cōgressum, vel prauas radiationes inambulatio in ♈ ♌ asterismis, deuoluta exhibit in corporibus nati calidas & siccas alterationes, cum hemitritea, siue emicranea passione.

Aphete horoscopi occursus ad ⚹ △ ♄ ♂ in ♈ ♌ ♐ efficiet natum ad iras, bilem rubram, vtpote choleram, & indignationem solito procliuiorem, audacem, importunum, temerarium & perniciosum. Horoscopi Aphetæq; significatoris circuitus in signis terreis, atque melancholicis ♉ ♍ ♑ ad falciferi congressum, vel □ aut ☌ radios deuolutus excitabit atram bilem, animi perturbationes prauas, curasq; melancholicas, vitiosos humores, ventris tormina, anginam siue apostemata ex humoribus melancholicis, tusses molestas, & in poplitibus aliquid sinistri, ex casu ab alto, aut mulabus calcitrosis.

Horoscopi progressio, siue directio in signis aereis ♊ ♎ ♒ sanguineæ & ventosæ complessionis vel ⚹ vel △ intuitum falciferi bonam corporis complexionem decernit, eritq; ita genitus illo anno ad gaudia, hilaritatem, & animi, ac mentis sinceritatem, & res arduas expediendas solito procliuior si stellæ salutares ibi patrocinium præstiterint. At si tetragona vel epthagona radiatione falciferi locum intuerentur, morbos ex ventositate, vel cholicas passiones, & tormina prouocabunt.

In ♋ ♏ ♓ signis aqueis & flegmaticis Aphetæ, siue horoscopi progressio ad falciferi radios ⚹ vel △ natum rediget somnolentum inertem hoscitabundum, & in suis actionibus desidem pigrum, & ignauum, vt de ipso dicier poterit

Est tibi torpor iners pater, est ignauia mater,
Est somnus frater, est hebetudo soror.

Illo insuper anno multis fluidum humoribus nati corpus adimplebit, morbisq; frigidis atque humoribus phlegmaticis, interdū in podice fistulas ficos,& emorroides prouocabit in pene aliqd mali, gonoream, erniam, scabiem, morbum gallicum, & podagricos cruciatus.

Horoscopi ad ☌ ♃ ♄

HOroscopi occursus ad Iouis congressum decernit nato optimam corporis salubritatem, & gaudia, diuitiarum incremēta, & claros honores Iouialium patrocinio, atque largitionibus, eritq; annus opulentus, & gloriosus, dabitur enim ita genito aliquis magistratus, siue officium, vel beneficium ecclesiasticum vtile, & honorificum, si celibem vitam ducere voluerit, eritq; letus, alacris, & periucundus per vniuersam fere anni illius intercapedinem, sin maluerit Stulta maritali subiicere colla capistro, fient verba de suo connubio, & si foret in ætate idonea confestim ducet coniugem formosam, diuitem, generosam, pudicam, atque prolificam, & si venerem fęmineam non defraudauerit, eodem anno,
Iuppiter, alma Venus facient hunc prole parentem,
Et tandem propriis succedent singula votis.
Eritq; natus ad choreas, musicam, venereas illecebras, & lauta cōuiuia solito procliuior.

Ad ♃ ⚹

HOroscopi directio ad ⚹ ♃ decernit ita genito corporis salubritatem, gaudia, honores, lucrorum copiosa præsidia, diuitiarum vtique incrementa, resq; hæreditaria propagabitur, & fiet copia maior, letum quippe fęlix faustumq; tempus portenditur illo anno, erit gratus principibus ecclesiasticis, cum iure peritis, primatibus consortium inibit, & a nobilibus atque populis venerabitur, sibiq; vt diximus optima corporis valetudo, substantiæ facultatis augumenta, honor, laus, & gloria decernitur. Alio qui hæreditas aliena siue lucra ab insperato vel sine labore, vel ipsi beneficium aut officium ecclesiasticum obiicietur, sortieturq; in actionibus suis prosperos successus, prolem formosam seminabit, vel filius ei nascetur, aut si quem habuerit cum ipso fęlici sorte letabitur.

Ad ♃ △

HOroscopi, seu Aphesis occursus ad △ ♃ pollicetur inre familiari augenda & conseruanda letam sortem, & in cun

ctis actionibus fœlices fucceffus huiufcemodi cęlorum clemētia, vtilis, gloriofa, & profpera nato decernitur, cum optima corporis falubritate, contribuet animi tranquillitatem, mentis ferenitatem, gaudia, diuitiarum afluentem vbertatem, cum honoribus amplifsimis. Magni prœterea cuiufdā antiftitis ecclefiaftici facilem auram, cuius adminiculo diuitiarum, & honoris incrementa potenduntur, eiq; lucrigeræ, & gloriofæ legationis munera demandabuntur: & fi fœlix ftella Iouis fuerit in nono, vel tertio cęli templo itinera decernit lucro, & honoribus accommodata, iuffu magni Iouialis, aut natus ita vifendi orbis, feu voti perfoluendi gratia illo anno crebra arripiet itinera, vel aliquam dignitatem epifcopalem fortietur.

Ad ♃ □ ☍

Horofcopi occurfus ad □ vel ☍ ♃ præfulis odia, inimicitias atque controuerfias, mutuafq; fimultates, iurgia, & lites excitatas ob inuidiam prouocabit, iureconfultos & diuites, plerofq; ita genitus fibi infenfos audiet, quippe qui fub amicitiæ prętextu ab iis decipietur, & detrimenta patietur, Iouialium dolis, & infidiis nihilominus nihil ei obeffe poterunt, eritq; nato in reliquis vtile, fauftum, & accommodatum deniq; tempus, licet illa anni intercapedine nonnihil doloris in gutture, & faucibus denunciare videatur huiufmodi occurfus, præfertim fi ex finibus falciferi ad fines Martis, aut ex finibus Saturni ad fines eiufdem, aut ex finibus Iouis ad fines maleficorum fecerit exhalma vt pote faltum præfertim in vltimis quinque partibus Scorpii vel Aquarii.

Horofcopi progreffio fiue directio ad ☍ ☊ denotat quatenus nato accidet febris acutiffima vel grauiffimus cafus ex ferro, vel igne, feu ab equis, vel mulabus, feu tauris, aut cafu ab alto, & præcipitio & mors violeota vel repentina. ♂ ∞

Ad ♂ ☌ □ ☍

Horofcopi vel Aphete circuitus fiue occurfus ad cōgreffum Martis infinuat illa tempeftate annua natum fore iracūdum, cholericum, furibundum, impetuofum, animofum in multis litibus atque controuerfiis martialibus vfquequaque implicitum, & varia periculorum atque infortuniorum genera perpeffurum, hofticus ille horofcopi occurfus ad infœlices Martis radios admonet, vti natus ipfe effugiat [illegible] & mutuas fimultates, cum martialibus, & inimicorum infidias, fi vitam habuerit charam, & iram [illegible] difcat, illo potiffimum anno, quoniam

Ira parit rixas, rixæ vertuntur in ensem,
Ensis dat vulnus, vulnera sæpe necem.

Huiuscemodi directio Aphetæ, siue horoscopi ad ♑ cõgressum, vel hostiles radios minatur, in peregrinationibus incommoda ex quadrupedibus detrimenta & vitæ discrimina, ab equis potissimũ siue mulabus calcitrosis aliquid pericli, vel casum ab alto, alioqui vulnera ex igne vtpote scloppo vel contusionem in capite ex ictu lapidis, admonet præterea, vt ita genitus bellicos conflictus effugiat. & loca in quibus tormentales machinæ traiiciuntur, ni volet biothanatus interire.

Hor. ad ♂ ☌ □ ☍

HVIusceemodi directio erit plena litigii, & ab hostibus insidiæ portẽduntur minatur iste cęlorum afflatus vulnera in capite vel faciẽ rediget cicatricosam, & in brachiis læsionem siue tormenta, item carceris aut exilii incommoda, vel manus amputationem, alioqui propter carceratos siue profugos exilium, detrimenta, atque dispendia non modica, ab equis, vt dictum est, iacturas, & pericula, itinera infausta apprime salebrosa & aspera. Si Mars in vtroq; themate fuerit peregrinus vel adustus, absq; beneficarũ stellarum salutaribus radiis, præsertim suæ veneris in vtroq; cęlesti schemate male affectus, natus illo anno trucidabitur.

Horoscopi directio ad ☍ ♂ minatur nato casus ab equis siue alto grauissimo, & interitum quodammodo repentinum seu violentum ex ferro vel igne.

Horoscopi præterea occursus ad pernitiosos Martis coitus, vel radios hostiles deuolutus, ita genito prouocabit ægrotationẽ acutam quodammodo pernitiosam febrem in primis acutissimã, siue tertianam, cum capitis dolore acerbissimo.

Horos. ad ♂ ☌ □ ☍

ETsi interdum conualesceret, rursus in recidiuam incidet cum mortis discrimine. Obnunciat præterea febres tertianas duplices cum redundantia choleræ, & vehementi sanguinis cholerici adusti ebulitione, & mala humoris efferuescẽtis aduxtione.

Huiuscemodi directio ad Martis congresum delata insignis igneis vehemẽtes in toto propemodum corpore, & capite ardores morbos quippe peracutos, febres ardentes, papulas vrẽtes, apostemata, disinteriam, cholicasq; passiones, & denique repentinam mortem cum vertigine, in cerebro cruciatus acerbos, & casus grauissimos ex nimia caloris intemperie, aut ex lethali vulnere in

re in

re in capite internitionem. Si ♂ & ☿ fuerint male affecti, & stilbon ipse diuisor ingerent tormina & dolores intestinorum cum capitis alteratione & cerebri vertigine, & mortis repentinæ interitu.

Circuitus horoscopi aphete ad ♂ obnunciat grauem morbū ab acuta repentinaq; ægrotatione, celerem habentem progressum, a qua natus æger euadet si proxime fuerit ibi coitus, vel radiatio ♃ aut ♀ vel ipse Mars fuerit circundatus ab ♃ & ♀

Horos. ad ♂

Exitiosus deniq; Martis occursus horoscopo alicui ex fratribus vel sororibus aduersabitur in signis igneis febres, vti dictum est, excitabit acutissimas. In aereis casum, humoresq; excitatos ex ventositate in toto corpore, In terreis prouocabit calida symptomata, & anginam. In aqueis intemperatam corporis complexionem. Si ♂ fuerit diuisor Mercurio partiliter alligatus illo anno excitabit ita genitis dissenteriam, tormina, dolores iliacos in visceribus acerbissimos in stomacho, ventre, & membris spiritalibus dolores satis cum vitæ periculo. Verum si ♂ in vtroq; themate fuerit in altero ex suis domiciliis vel altitudine, vtpote in ♈ ♏ ♑ beneaffectus, beneficarum stellarum rore irrigatus, aut salutaribus radiationibus adornatus vel circundatus conualescere, & euadere poterit ab internitione. Sinautem male affectus seu adustus, & peregrinus, quando ex horoscopi inambulatione ad ipsum peruenerit, erit de rebus ita geniti pęnitus conclamatū. ♂ adustus locq n ♄ ut ⊙ cōmaculatꝯ

Si locus ille ad quem peruenerit horoscopi directio ad ♂ coitum, vel hostiles radios fuerit etiam a Saturno commaculatus, vel a Sole sauciatus siue combustus. #

Horos. ad ♂ ✶ △.

NATO ingeret illo anno acutam in primis alterationem, Dein chronicam satis cum vitæ periculo, aut ex ferro vel igne lethalia vulnera, vel internitionem quodamodo repentinā.

Huiuscemodi progressio ad ✶ vel △ Martis in signis longarum ascensionum, vtpote ♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐ ingeret corporis insalubritatem acutam & chronicam, seu vulnera lethalia, & cum martialibus certamen in duello cum vitæ periculo. At si annua conuersio non fuerit prorsus commaculata, & ♂ sub ♈ ♏ ♑ peragrauerit illo anno nihil erit de violenta internitione verendum, sed natus ita aliquem sauciaret vel interimeret, & exilii incommoda experiretur.

HOrofcopi vel Aphefis occurfus ad ⚹ vel △ Martis cũ principibus mauortiis commertium decernit honorificum, & ab aliis militibus laudem, vel in militari difciplina plurimum venerabitur, gratus & acceptus principibus mauortiis, & fi locus ille horofcopi vel Martis fuerit à Sole fęliciter irradiatus, fortietur aliquod dominium in equites peditefq;, oblectabitur equis magnanimis, & haftiludiis, in re militari, pleraq; reperiet contra hoftes ftratagemata, illofq; fuo marte, vel fagacis genii dexteritate inimicos conculcabit, vel in fugam conuertere faciet, in litibus victoriam obtinebit, & profpera forte letabitur.

Horofcopi prætereа occurfus ad ⚹ △ Martis redigit natum magnificum, fortem, animofum, audacem, imperiofum, magnanimum, intrepidum, & quodammodo temerarium, appetentem honoris, & gloriæ, tamen natus illo anno multa faciet difpendia, & quidem maiora compendiis, habebitq; in negotiis militaribus plerumq; difficultatem iacturas, & aliquid impedimenti, plerique de ipfo obloquentur ob inuidiam, fed tandem liuidos genii fagacis folertia & dexteritate domabit.

Horofcopi circuitus ad ⚹ △ Martis, & à Sole vel Ioue irroratus conciliabit nato beneuolẽtiam regum, fiue principum, atq; martialium, reddetq; illis adeo gratum & acceptum, vt ei plurimum auctoritatis, & fidei tribuant, atque laudibus extollant, & denique emolumenta plurima, & honoris infignia, ita genitus confequetur, donec ille cœlorum afflatus fęlix continuabitur.

Horofc. ad ☉ ☌.

HOrofcopi ad ☌ ☉ directio nato decernitur illo anno dignitas vel officium vtile & gloriofum ab Rege, feu potentioribus à nobilibus etiam plus folito venerabitur, fęlix admodũ annus, quippe qui huiufmodi fpecies profperitatis magni principis aufpicio proueniet. Verum enimuero huiufcemodi occurfus fi fuerit in ♎ ♏ ♒ nato ingeret acutam corporis difcrafiam vel capitis dolorem, & in oculis præcipue dextro aliquid impedimenti.

Si huiufmodi progreffio horofcopi fuerit deuoluta ad Solis congreffum per tertiam cęli ftationem progredientis in peregrinationibus, nato aliquid finiftri, & difpendia afferet, & alicui ex fratribus, vel fororibus, fi quos tunc habuerit, illo anno aduerfa

bitur, ibique natus ita visurus illos, multa facturus dispendia.

Horosc. ad ☉ □

HOroscopi occursus ad □ Solis radiationem deuoluta Regis seu magni principis odio, vel nobilium indignationibus denotat quatenus nato perperam obiicietur malum nomen, quippe quod dolos, fraudes, deceptiones, & indignum aliquod facinus perpetrauerit, vnde ita genitus ob iram principis atros carceres, vel exilii incommoda, grauesque molestias experietur, cum omnimoda fere fortunarum iactura, vel brachiorum tortura cruciabitur illo tempore litigioso, seu cholerica & acuta alteratione. & si Sol in vtroque cælesti schemmate fuerit hostilibus maleficarum stellarum radiis vulneratus, ita genitus illa tempestate secus oculos præcipue dextrum ex ictu ferri, seu lapidis aliquam infliget cicatricem, vel contusionem, itaque illorum acies aliquantulum hebetabitur, siue debilitabitur.

in p̃ncipis

Horosc. ad ☉ ☌

Erit igitur annus ille litigiosus, inutilis, dedecorosus & valde insalubris, patri item si tunc vixerit, aduersa valetudo portenditur. Si locus Solis ad quem peruenerit horoscopi directio fuerit in ♈ ♌ ♐ & ab Ioue seu Venere fęlici rore illustratus, Vultu quo cęlum, tempestatesque serenant, natus eodem anno sanus ac letus viuet à potentioribus admodum honoratus & laudatus.

☉ ḡ pab...

Horoscopi aphete progressio ad □ Solis aliquas ingeret calamitates ob iram Regis, & morbum prouenientem ex abundātia caloris & sanguinis, & dolores in pectore & pulmone, sed in eodem loco Iuppiter liberat ab interitu.

Horoscopi occursus ad Solis ☌ litigiis plenus prouocabit odia, lites, & controuersias cum nobilibus & mutuas simultates, vel principis iram indignationemque vnde ita genito imminebunt carceris aut exilij incommoda & fortunarum iacturas, quare iras potentiorum & commertium effugiat. In mari præterea vel fluuiis nauigationes discriminosas, aut in terrestribus commeatibus longas & damnosas ad occasum peregrinationes vel iussu Regis exilium & dispendia.

Horosc. ad ☉ ☌

ITA genitus aduersa valetudine acuta & quidem quottidiana conflictabitur, imminebitque ei hidropis, siue aquæ intercutis periculum, & effusio ad oculos præcipue dextrum, cum graui

atque molesto quodam profluuo, caput enim malitiosis quibusdam humoribus occupabitur cum cerebri alienatione, & crebra vertigine, & mentis & capitis atque cardiacæ affectio imminebit illo anno, caput quippe malitiosis humoribus onerabitur, Si tūc Sol fuerit in ♋ quando horoscopi directio ad ipsum deuoluetur, aut Sol ad horoscopum ingerent nato complexionem phlegmaticam, & pytuitosam, & vt dictum est, aquæ fluxum & offensionem in oculo dextro, & naufragii discrimina in aquis. Annus itaque videtur pernitiosus atque climactericus. Verum ob fœlicem Iouis aut Veneris attestationem & patrocinium, ita genitus conualescet, præsertim si tunc Sol peragrauerit sub ♈ aut ♌ eius solio & domicilio.

Horoscopi occursus ad ⚹ ☉ denotat quatenus ille annus erit salubritati corporis, & marsupio accommodatus, nulla quippe ita genitus aduersa valetudine conflictabitur, à nobilibus plus solito venerabitur, & opes crescent, res hæreditaria propagabitur, ac fiet copia maior, nummis non deficiente crumena, multos etiam nouos & quidem non obscuros sibi conciliabit amicos in propriis laribus & externis itinera auspicabitur honorata iussu sui Regis, licet in eis multa facturus sit dispendia, vel cum suo principe itinera auspicabitur, lucra, & honoribns accommodata, vel dignitas, aut officium ei demandabitur oportunum.

Horoscopi ad △ Solis occursus fœlix nato corporis salubritatem, gaudia mentis & animi tranquillitatem contribuet, portenditur quippe ei honor, dignitas, vel munus, siue officium vtile ab suo Rege vel largitionibus magni principis,

Horos. ad ☉ △

Præterea ita genitus magnanimus, conlatus, & munificus conciliabit sibi ob suas ingenii dotes, magni Regis, seu principis beneuolentiam erit quippe illis gratus & acceptus cum lucro, laude, & auctoritate plurima a quibus nonnihil emolumenti cum ingenti laude sortietur. Quin etiam ab suo Rege lucrigeræ, & honorigeræ legationis munera demandabuntur, vel illum commutabitur, & ab aliis nobilibus plus solito honorabitur, & laudabitur, & plerosq; non obscuros sibi conciliabit amicos hostibus potentiores. Affluent item nato absque sudore, vel ab insperato copiosa lucrorum præsidia, erit igitur annus vltra modum fœlix si quidem omnia sibi ex sententia succedent: petat itaq; & nullam patietur repulsam presertim si locus ille trigonii fuerit a beneficis

fęliciter irrigatus,& ibi Sol aliquam habuerit prærogatiuam,procul existentibus maleficorum planetarum radiationibus, aut congressu pernitioso.

Horosc. ad ♀ ☌

HOroscopi directio ad Veneris congressum deuoluta, nato admodum salubris, leta & prospera decernit corporis optimam proportionem,salubritatem, gaudia cum mentis atq; animi tranquillitate,illo anno præsertim si Venus fuerit in proprio domicilio ♉ ♎ aut ♓ solio,vel suis finibus in quinto,aut decimo seu'vndecimo cęli templo,aut horoscopo partiliter collocata,sanitate igitur ita genitus letabitur, venereis gratus & acceptus, rebus odoriferis,anulis, aureisq; catenis, & gemmis pretiosis, atque musicis modulationibus plus solito oblectabitur, genio indulgebit,ad diuersos lusus,venereasq; illecebras ægregiā venerem quippe & leta conuiuia, & crebras bibitiones procliuior. Nouo & quidem magno capietur amore, Aut reuiuiscent veteris vestigia flammæ:Aliquod connubium vel nuptias celebrabit,vel vxorem ducet formosam,aut multa fient verba de suo connubio.

Horosc. ad ♀ congressum.

DEcernit igitur agia Venus illo anno cum optima corporis conualescentia, hilaritatem, gaudia, & animi tranquillitatē, cum iucunditate quadam cum virginibus & adolescentibus consortium inibit gratum, atque voluptuosum genium non defraudabit, illa temporis intercapedine pro seminanda & suscipienda fęlici sobole,annus erit idoneus,letus,genialis,& faustus nato,genitrici, & suis mulieribus,præcipue vxori si eam habuerit illo anno. Suggerit denique iste horoscopi ad Venerem congressus fęlices successus in singulis propemodum nati actionibus, atque negociis.

Horoscopi, seu Aphetæ 'occursus ad ⚹ vel △ ♀ præsagit tempus salubre,letum,geniale,voluptuosum, vtile, prosperū atq; nimium fęlix,in quo ita genitus ad iocos,lusus,choreas, musicam, & lauta conuiuia, & ægregiam venerem procliuior fiet, nuptias celebrabit,vel vxorem ducet formosam, pudicam, diuitem, & generosam,ex qua sobolem suscipiet peruenustam quippe masculā. Si Venus tunc fuerit in signo eiusdem sexus legitimam, vel naturalem ex muliere venusta & nobili. At si natus vitam duxerit ecclesiasticam aliquod beneficium vtile, seu episcopatum sortietur, vnde opes crescent,resq; hæreditaria,& fiet copia maior.

HOroscopi ad ☍ ♀ amoris propinabit illecebras, in eisq; anxietates ingeret, & nihil ex illis rebus, quas affectabit efficere poterit, præcipue earum, quæ ad res venereas pertinent, & mulierum gratia insidias sustinebit, aut ex venere præpostera infamiam, molestias, & dispendia faciet plurima, eritq; natus illo anno vitiosus corpore, & vix coire poterit. Aut ex nimio coitu & crapula ægrotabit, vel in gonorream incidet, eritq; annus ille insalubris, non autem exitiosus licet ex concubitu intemperato & nimia bibitione & crapula post coitum & ante inciderit. In coitu plerunq; Venus hebetabitur, neq; omnimodas assequetur voluptates in concubitu etiam coacto.

Ingeret præterea huiuscemodi occursus ad ☍ vel □ ♀ plerunq; dura animi tormenta, grauesq; molestias ex nimio amore, aut zelotypiæ titillationibus conceptas, non sine magnis dispendiis, & fortasse principis odio carceris, vel exilii incommoda, cū nigra quadam nominis nota illo anno. Magnoq; dedecore forsitan occasione alicuius stupratæ virginis, aut cynedorum venere propostera, vnde plerunq; hostes ob inuidiam in eum insurgent, & de prauis moribus eiusdem palam obloquentur, cum vxore vel amica insvrgent lites, & iurgiorum contentiosa certamina ex zolotypia, aut vxor impudica imponet capiti cornua longa suo.

Verum enim vero si ita genitus esset in adolescentia illo temporis interstICio efficietur mulierosus & cathanutus, siue cinedus publicus cum magno eius dedecore, & in partibus obscenis aliquid mali patietur, & in gonorream, hoc est humani seminis fluxum incidet, aut in scabiem siue morbum gallicum dilabetur.

Horosc. ad ☌ ☿

HOroscopi directio ad ☿ occursum, siue congressum decernit quatenus ita genitus illo anno ad scripturas, literarū studia, & præcipue oratoriam, poeticam facultatem, & mathematicas disciplinas, & musicam fiet solito propensior, & propter egregias genii sui dotes officium, siue beneficium sortietur vtile, & gloriosum, & ex prouentibus ecclesiasticis locupletabitur, & ab omnibus plurimum venerabitur: in mercibus commutandis fortunabitur.

Horoscopi Aphetæ occursus ad ⚹ △ ☿ ingenii acumen & solertiam excitabit, ad disciplinas capescendas. Erit quippe ita ge-

nitus procliuior ad literarum studia, fietq; eloquentior solito, & in quibuscunq; scientiis perdiscendis multum proficiet cum Mercurialibus cõmertium inibit honorigerum, picturis, sculpturisq; oblectabitur, in scripturis & mercibus fortunabitur, in diuinæ matheseos disciplinis capescendis, & musica fiet satis idoneus, & suos conceptus eleganter enunciabit, picturis, sculpturis, gemmis preciosis plus solito oblectabitur, res naturæ secretas perscrutabitur, eiq; ab suo rege legationis honorigeræ & lucrigeræ munera demandabuntur cum ingenti laude, potissimum si stilbon illo anno fuerit in suo trono & domicilio à beneficis stellis fœliciter irradiatus in vtroq; cœlesti schemmate.

Horoscopi præterea circuitus ad △ ☿ præcipue sub ♊ aut ♍ seu ♑ progredietis denotat q; ille annus erit corporis salubritati, lucro, & honoribus apprime idoneus, & accommodatus, negotiosus, frugalis, atque opportunus, ita genitus illo anno propter egregias genii sui dotes, plus solito venerabitur, literarũ studia, & musicam non postergabit, fœlici, dociliq; memoria letabitur, atque gloriabitur, suos conceptus eleganter enunciabit, ex sua modestia & solertia amabitur. At si natus ita esset expers literarum ex scripturis vel mercibus lucrabitur, quippe scripturarũ & mercimoniorum negotia solerter pertractabit, vnde illi affluent opes absque nimio sudore, vel ab insperato, resq; hereditaria propagabitur, ac fiet copia maior.

Horoscopi ad ☿ □ annum portendit fore litibus plenum, & detrimentosum, in mercibus, & scripturis vel seruorum rapinis atque expilationibus detrimenta minatur, cum mercurialibus scaturient lites, rixæ, iurgia, & controuersiæ, non sine dispendiis inopinatis, & plurimi de sic genito clanculum oblatrabunt, eritq; annus aliquantisper insalubris, rationis & sensus contrarietate labo rabit, nam eisdem ipsis, quæ sensus offeret, ratio refragabitur, & quæ rationi consentanea videbuntur, sensus repudiabit, itaq; nil agere audebit, licet laboriosus, ad nullos quippe actus arduos necessarios, & in mercibus damna aderunt, siue dispendia multo maiora compendiis, & ex furtis damna, contentiones, & iurgia scaturient cum mercurialibus, decipietur in scripturis, contractibus, & negociationibus suis. Huiuscemodi cœlorum afflatus in corpore puerorũ variolas excitare cõsueuit, ipsosq; infantes puellulos reddit ingenio hebetiores a primis literarũ rudimẽtis alienos, elocutionesq; retardat, vel balbuciẽtes efficit ex vitio gutturis, & linguę

Horoscopi directio ad ☍ ☿ sub ♏ vel ♒ potissimum finibus progredientis, aut repedantis denotat quatenus illo anno natus ita erit a literarū studiis alienus, eiusq; ingenii acumen atq; solertia adeo hebetabitur, vt sibimet ipsi consulere nequeat, & ad nullos fere actus erit necessarius, sed bardus ranquam cataces Matgites, Melites, & Chorebus. At si multo ante fuerit gnarus literarum, illo anno cum Mercurialibus habebit lites, iurgia, & mutuas simultates, & ab eis decipietur in scripturis, contractibus suppositiis simulatis fictisq; sermonibus, atque consimilibus regnis, vnde in suis actionibus & mercibus commutandis impedimēta aderūt, vel propter literas falsas siue pecunias adulterinas in fœnore exhibitas, vel ab aliis mutuo acceptas, turpem nominis notam, grauesq; iacturas experietur, & apud potentiores accusabitur, vnde carceris, aut exilii incommoda patietur, brachiorumq; tormēta.

Horos. progressiones ad ☌ ☽

HOroscopi progressio ad ☌ coitum & congressum ☽ denotar quatenus ita genitus illo anno res varias atque diuersa negotia pertractabit, & fęliciter absoluet, si ☽ fuerit plena luminibus, non vulnerata à maleficis stellis, sed bene affecta in vtroque schemate, in singulis fere actionibus prosperum annum, & peregrinationibus aptum decernit, quin etiam si ♃ aut ♀ locum illū aspexerit nato, genitrici atque sororibus corporis salubritatem, & gaudia præstabit.

Horoscopi ad □ vel ☍ Lunæ, illo anno ita genitus cum genitrice vel vxore, si tunc vixerint, verba & controuersias excitabit, alioqui cum amica, vel ipsarum gratia alterationes, siue iurgiorum contentiosa certamina, alioqui ex zelotypia in eum vulgi odia exasperabit, & natus ita in controuersias coniicietur, quærum improbis mulieribus aut effœminatis adolescentibus concitabuntur, & ex litibus multis plurima aderunt cum dedecore dispēdia. variam denique & inconstantem sua etiam culpa experietur fortunam illo anno huiuscemodi occursus horoscopi ad infęlices Lunæ radios in peregrinationibus & terris & aquis impedimenta minitatur, & in maritimis itineribus piratarum insidias aut naufragii discrimina, obnunciat præterea frigidas & humidas alterationes, & in oculis præcipue sinistro, aliquid sinistri, sed ab eiusmodi malis liberabitur si annua conuersio non fuerit prorsus commaculata.

Horoscopus ad △ Lunæ illo anno in quo ascendens iungetur

tur exagono Lunæ denotat quatenus ita genitus res varias & diuersa negotia perttactabit, & perpulchre absoluet, cum honoris & luctorum incremento non mediocri, ad res nouas & historias enarandas & audiendas solito propensior, & quicquid illo anno auspicabitur in sui ipsius commodum conuertetur· Aliquod con nubium altæ mulieris procurabit, & lautas nuptias celebrare faciet.

Horoscopi occursus ad △ Lunæ charum & gratum efficiet ita genitum mulieribus nobilibus & populis acceptum atque ab iis laudum præconia pollicetur, & inclitæ mulieris patrocinio, lucrorum copiosaa præsidia, præsertim si illo anno Luna fuerit luminosa in suo throno, vel domicilio a beneficis stellis in vtroqꝫ schemate fęliciter irrorata, maleficis tunc procul existentibus. huiuscemodi occursus erit fęlix & salubris, nedum nato, sed matri, si sit & vxori siue alicui ex suis mulieribus & filio gaudia, & letam sortem, vel quem eius loco habuerit. Varias res, & diuersa negotia absoluet cum lucro & honore, contentiones, iurgia, & lites mitiores fient illo anno. Verum si Luna peragrauerit tunc sub signis longarum ascensionum scaturient lites & mutuæ simultates cum aliqua nobili muliere, vel ipsius gratia, aut cum plebecula, & ita genitus leui quapiam corporis discrasia torquebit & cito conualescet.

Si uero Luna peragrauerit sub signis breuium ascensionum nato decernit itinera ad orientem solem visendi orbis studio per varias regiones, quæ sibi ex sententia succedent, alioqui religionis & voti persoluendi gratia, aut iussu potentioris sibi lucrigeræ & honorigerum legationis munera demandabuntur.

Horosc. ad ♌

Horoscopi directio ad ♌ ex sententia Arabum obnunciat alterationem ex distemperie quadam epatis aut cerebri pro gressio autem horoscopi ad ☋ deterior erit quippe quæ ita genito excitabit ventris profluuium, siue dissynteriam seu febrem pestiferam, aut venenosam.

Secundum vero communem fere omnium genethliacorum opinionem horoscopi inambulatio ad ♌ denotat quatenus natus illo anno cum Iouiis, vtpote prælatis, seu ecclesiæ cardinibus, aut summo antistite commertium inibit vtile, & gloriosum, at cū

venereis geniale,& voluptuosum, necnon bonorum & honoris emolumentum siue hæreditatis extraneæ portionem, suisq; liberis, si qui fuerint letam sortem. Decernit præterea ita genito bonam corporis complexionem & valetudinem æquabilem ingeret cum mentis tranquillitate.

Horoscopi occursus ad ♈ decernitur nato insalubris, inutilis, & dedecorosus siue ignominiosus annus, minatur preterea febrē pestiferam, ventris profluuiū seu dissynteriam, & cholicam passionem, oculorumq; aciem præcipue sinistri hebetabit, in podice fistulas siue emorroidas, erniam, & gonorream excitare consueuit, immo præcauendum erit, ne sibi illo anno veneni pocula porrigantur, & loca contagiosa effugiat, si vitam habuerit caram.

Horoscopi exhalma. hoc est salus ē signis.

Ex ♑ ad ♒ leuem quampiam excitabit alterationem melancholicam, siue phlegmaticā, & in aquis naufragii discrimina.

Exhalma ab ♒ corporis insalubritatem obnunciat, siue anginam vtpote in faucibus, vel gutture aliquid mali, & in aqueis præcipue maritimis itineribus, non nihil periculi, & à pyratis insidias & latrocinia huiuscemodi mala pauci erunt momenti quum sint falciferi contubernium, & in ♑ Martis gloria.

Horosc. ad fines planetarum,

Horoscopi directio ad fines Saturni deuoluta ita genitos illo anno rediget pigros, tardos, alta mente taciturnitatis, obscuros, malitiosos, quorum consilia tardos aut nullos habeant effectus, & qui omnes vario & quidem mutuo odiorum genere prosequantur, & quorum iræ se magna indignatione continuent, vt ad illum, qui sic natus fuerit merito dici possit.

Est tibi torpor iners pater est ignauia mater,
Est somnus frater, est hebetudo soror.

Horoscopi ad fines Iouios, ita genitos summæ probitatis, iustitiæ ac religionis testimonio decorabit, eisq; honores facultatum incrementa, corporis salubritatem & gaudia contribuet illo anno cum ingenti laude.

Horoscopi ad ♂ fines rediget ita genitos cholericos, furibundos, temerarios, audaces, & omnibus scelerum flagitiis implicatos illo anno & vario infortuniorum genere laborantes non sine acuta corporis discrasia.

Ad ♀ fines horoscopi directio deuoluta rediget ille anno ita genitos ad grauia, venereas voluptatum, illecebras, & musicam

ſolito propenſiores, corpore robuſtos, benignos, beneuolos, & qui venereos coitus, lauta conuiuia, & crebras bibitiones neutiq̃ poſtergabunt, ſemper quodãmodo veneri & genio indulgebũt.

Horoſcopi ad ☿ fines homines efficit fideles recto iudicio sẽper ornatos, publicis rationibus prępoſitos, ad merces commutandas, ſcripturas, literarum ſtudia ſolito propenſiores atque fortunatiores, & qui poetica atq; oratoria facultate mathematiciſq; diſciplinis plus ſolito oblectentur, præſertim ſi ſtilbon ipſe fuerit in ♊ aut ♍ a maleficis ſtellis nequaquam ſauciatus.

Si Aphetæ cuiuſpiam progreſſio tranſilient, ex finibus maleficorum ad fines maleficos immediate ſequentes vitæ pericula minatur, ſicuti ab vltima parte Geminorum finibus Saturni ad fines vtpote terminum ♂ in ♋ quod periculoſius eſt, quum ſit proximus tropico æſtiuo.

Græce oria, ideſt fines ſignorum malefici.

♈	21	25	♂	♎	1	6	♄
	26	30	♄		29	30	♂
♉	23	27	♄	♏	1	7	♂
	28	30	♂		25	30	♄
♊	18	24	♂	♐	22	26	♄
	25	30	♄		27	30	♂
♋	1	7	♂	♑	23	26	♄
	27	30	♄		27	30	♂
♌	12	18	♄	♒	21	25	♂
	25	30	♂		26	30	♄
♍	22	28	♂	♓	20	28	♂
	29	30	♄		29	30	♄

HOroscopi occursus ad ⊕ partem fortunæ, quæ archetypos à græcis nuncupatur, ita genitis rerum mobilium incremẽta pollicetur ab insperato, vel sine labore.

Si ♃ locum illum sortis fortunæ fœliciter irrorauerit, Iouiali-um patrocinio, opes crescent, res hæreditaria propagabitur, ac fiet copia maior illo anno. Si ☉ eandem partem fœlici intuitu il lustrauerit, locupletior fiet, Regis, seu Principis patrocinio.

Sin ♀ a venereis, si a ☿ a mercurialibus vel propria virtute, sagacisq́ genii dexteritate atque solertia.

Horoscopi occursus ad locum ⊕ partis fortunæ deuolutus, & ipsa a ♄ vel ♂ fuerit vulnerata, vel a Sole adusta in patrimo-nio suisq́ facultatibus iacturas inferet illo anno ex rapinis rusti-corum, vel seruorum expilationibus aut a martialibus incendia perpatrata, vel domesticorum incuria, atque potentioris odio. alioqui ex ludis alearum & taxillorum, vel nimia prodigalitate atque dispendiis vanis.

Horoscopi ad basim ⊕

Horoscopi directio ad partem baseos, quam cẽlati, futurorum ac dæmonis vocitant neoterici, hæc bene affecta, & non saucia-ta a maleficarum stellarum radiis, vel concursu lucrorum copio-sa præsidia, reiq́ familiaris incremẽta, corporis salubritatem, pro-speritatem, honoris, & fœlicitatis insignia contribuet illo anno. Sin fuerit male affecta vel combusta facultatum iacturas & cor-poris insalubritatem ingerer.

Horoscopi progressio ad ⊕ hæreditatis & possessionum na-to aliquam pollicetur hæreditatis portionem, seu lucra ex rebus hæreditariis, vel rebus stabilibus bonum aliquod insperatum ad suas manus peruenisse admirabitur, lucrigerũ faustumq́ tempus.

Ad partem regni, seu regis horoscopi directio deuoluta insi-nuat quatenus augebitur dignitas nati, & officium vtile & hono-rigerum, vnde potenti auctoritate præualebit potẽtiorum auspi-ciis, quippe qui aliquam sortietur dignitatem, & vitæ cõmoda.

Ad ⊕ fratrum, si fuerit a salutaribus stellis irrigata, natus erit suis fratribus oportunus, & ipsi nato erunt obsequiosi, & inter eos mutua amoris vicissitudo, illa anni intercapedine.

Ad ⊕ patris, si fuerit male affecta genitoris gratia expensas graues & incommoda minatur siue lites & verba cum parentibus siue affinibus, vel ipsorum gratia. At si bene affecta natus negotia

patris solerter expediet cum lucro, & parentibus morem gerere letabitur.

Horoscopi ad ⊕ amicorum, illo anno plerosq; nouos & quidem non obscuros sibi conciliabit amicos Iouios sibi oportunos si locus ille fuerit in Iouis hospitio, aut venereos, solares, & mercuriales, si in horum domiciliis aut finibus reperiatur, Si ♂ mauortios.

Ad ⊕ inimicorum horoscopi directio delata, inimicos plerosq; sibi infensos imitabit suis actionibus infensos eius bona diripientes, & in perniciem ipsius conuertentes.

Ad ⊕ militiæ, si natus fuerit idoneus, in ætate prouecta illo anno armis siue hastiludiis oblectabitur magnanimisq; equis ad rei militaris disciplinam procliuior, aut in militiam proficiscetur, vel cum militibus consortium inibit honorificum, magisquam lucrigerum, reiq; militari operam dabit.

Ad partem victoriæ si in ea fuerit ♃ aut ♀ Solis contra hostes victoriam præstabit, suo marte, & ingenii dexteritate inimicorum improbitas & insolentia pessundabitur. Eritq; annus ille salubritatis & hospitalitatis indicium, peregrinationes crebras decernit non longas. Si directio illa peruenerit ad dictam partem, fueritq; in secunda, erit hostium triumphator, & lucra ab inspera to, vel sine labore ei aduenient. Si fuerit in tertia peregrinationes dabit breues, eritq; natus fratrum protector illo anno.

Horoscopi ad ⊕ itinerum, si fuerit bene affecta in signis terreis, natum ad itinera inclinabit terrestria, in quibus lucrabitur, sin in aqueis, natus illo anno per loca aquea peregrinabitur. Si pars illa esset à Saturno commaculata obnunciat naufragii discrimina, à Marte vero pyratarum insidias.

Horoscopi ad ⊕ partem connubii si locus ipse connubii fuerit ab Ioue aut Venere irrigatus connubium decernit admodum vtile, & opulentum, cum ingenti letitia, vt ex dote vxoris formosæ & nobilis, natus illo anno nuptias celebrabit opulentissimas, & cito prolem seminabit. Si pars connubii fuerit à maleficis vulnerata, ex dote vxoris statuerunt lites, & controuersiæ, & ipsa erit parum pudica & sterilis, nec satis longæua.

Ad partem infirmitatis deuoluta horoscopi progressio corporis decernit insalubritatem, quæ cito euanescit, nisi caput aliquantisper indoluerit, idq; ob debilitatem, qua a libidine ni[illegible] crapulam ante abusus fuerit. Hæc valetudinum [illegible]

tia domo infortunata, in peregrinationibus multiformem afferet alterationem.

Horoſcopi ad ⊕ mortis deuoluta in ſigno humano a maleficis vulnerata aliquod mortis periculum minitatur ab hominum inſidiis. Si in ſignis quadrupedantibus præcipue Tauro, Leone, vel Sagittifero abſque beneficarum rore ſeu radiis ſalutatibus ſibi illo anno mortis diſcrimen indicitur. Si fuerit in ſignis aqueis præuideatur ne in aquis ſubmergatur, & triremes non conſcendat, ne ad piratarum manus atrociſſimas detrudatur. Imminebitq; ita genito aduerſæ valitudinis indicium & internitionis ſiue mortis, quæ vltima linea rerum eſt.

Horoſcopi directiones ad cęlicas domos.

AD ſecundam, nato rerum mobilium incrementa cõtribuet, mundam quippe ſiue precioſam ſupellectilem, ſubſtantiæ ſcilicet facultatis vberem copiam, nummis non deficiente crumena, alioqui lucrorum copioſa præſidia, præſertim ſi ſecunda domus vtriuſq; thematis eiuſq; hoſpitator nõ fuerint, illo anno prorſus commaculati, & ♃ locum illum ſecundum irrorauerit. At ſi ibi fuerint, aut hoſtilibus radiis inſpexcrint, aderunt diſpendia maiora compendiis.

Horoſcopi progreſſio ad tertiam cęli ſtationem crebra decernit itinera parua, religionis, aut voti perſoluendi gratia, ſi ætas ſeu pigritudo natum ita nõ impedierit, ſin autem peregrinabitur ob varias negociationes, vel vt fratres, aut ſorores reuiſet, eiſq; fiat oportunus, præcipue ſi in eadem cęli ſtatione fuerit ♃ aut ♀ vel eam conſpexerit, erunt itinera periucunda.

SI in tertio cęli templo fuerit ſignum aqueum, peregrinationes illę erunt per aquas fluuiorum aut pelagi parum longinquę. Si illud ſignum aqueum fuerit commaculatum, imminebit in eis naufragii diſcrimen, & fortunarum detrimenta ex piratarum latrocinationibus illo anno.

Si in illa cęli ſtatione tertia, quæ Dea nuncupatur fuerit ſignũ terreum, & in ea Iuppiter aſſociabitur cum Iouiis, ſi ♀ cum venereis, ſi ☉ cum ſolaribus, ſi ☿ cum mercurialibus, at ſi in ea reperiantur ♄ vel ♂ itinera & terris & aquis non erunt tuta illo anno, imminebit enim aliquid pericli ab Saturniais vel martiali-

bus, quare satius esset illorum consortia effugere, & ab itinere in=
cepto desistere: quippe qui in peregrinationibus illis natus ita in=
fortunabitur multa facturus irrita dispendia. & si ibi fuerit ♂ vel
♄ minatur vulnera in humero siue brachiis, aut manibus, siue ali
quid sinistri ex casu ab equo, seu mula calcitrosis, fratrum prætea=
rea aliquis vel soror nonnihil aduersi quęq; ex perietur.

Si domus tertia & eius ecodespotes fuerunt bene affecti, natus fratribus plus solito oportunus, & pauperibus faciet elemosinas, somnia nati huius erunt, vt plurimum vera, sin deprauati, irrita, falsa, & horrifica.

Horoscopi ad quartam domum natus ita, illo anno erit ad agrorum seu pomeriorum, aut vinearum culturas & ædificia, & thesauros congerendos solito procliuior, vel aliquod sepulchrū construere iubebit, vt in eo tandem post cineres suum cadauer, & putridum funus subhumetur. Si ♃ fuerit in eodem imo cęli, inquiunt genethliaci quod natus thesaurum reperiet illo anno, in quo horoscopi directio ad Iouem peruenerit, vel aliquid lu= cri reperiet subhumatum. Verum enimuero annus ille in quo horoscopi inambulatio perducetur ad quartam domum sepultu ræ contubernium videtur perniciosus, & vt plurimum lethalis, quod naturę mysticum magnus ille Petosiris, & Necepso Egyp= tiorum Reges diuino nobis magisterio edocuerunt, negantes omnino posse quempiam in Italiæ tractu naturaliter transgredi Trimorion signorum, hoc est vniuersam trium signorum conge riem, siue 90. partium exortiuam mensuram tetragonicam quip= pe radiationem, quod anaphoras, hoc est ascensiones obliquas nostri appellant, trium videlicet signorum, præcipue ♌ ♍ ♎ longarum ascensionum, præceteris enim signis in eorum ascen= sionibus maiorem contrahunt moram. Sed has ipsas anaphoras aiebant incidi sæpius occursu maleficorum siderum, aut etiam ra diis eorum, solq; hostilibus. Quo circa, vt diximus, in Italię tractu non vltra 120. annos vitæ mortalibus contingere posse affir= mabant.

Si quispiam igitur venerit in lucem horoscopante prima ♌ particula, nullo interiecto maleficorum syderum occursu, natus ita posset ducere vitam donec horoscopus fecerit exhalma ab initio Leonis ad finem Libræ, siquidem suæ vitæ periodus erit to tidem annorum quot erunt anaphoræ ab initio Leonis ad finem chelarum, vt in sequenti exemplo.

In finitore	Anni	Men.	dies,
42	115	7	6
45	119	0	6
46	120	3	6

	Gr.	M	
♎	218	27	Asc.obli.
♌	102	51	A. M. D.
	115	36	115 7 6

Signa	Anni
♈	10
♉	20
♊	30
♋	40
♌	50
♍	60
♎	70
♏	80
♐	90
♑	100
♒	110
♓	120

Horoscopi directio ad stellas fixas.

AD canopum primæ maiestatis fixam ♄ ♃ Saturniæ, & Iouiæ complexionis decernit quatenus ita genitus fortunatior & clarior euadet cum quiete & letitia, ita quod mundo, vt inquiunt, perfruetur, vnde illo anno luctorum copiosa præsidia, & clari decernuntur honores, & laudum præconia, nihilo tamē variis occupationibus implicabitur, eritq; natus ita in litibus & formidinibus quandoque implicitus.

Ad lucidam stellam in argo nauis ♄ ♃ Saturniæ Iouiæq; cō plexionis insinuat quatenus illo anno natus itinera honorata arripiet letitia & ornamento plenus prudentia grauis, tamen iniuriarum patiens, cum Saturninis & Iouiis consortium inibit, & lucrigerum & honorigerum.

Ad calpem stellam fixam de natura & complexione ♃ ♄ pollicetur vtilitatem ex mortuis siue hæreditatis portionem, alioqui lucra ex Iouialium largitionibus, grauitatem quoque & seueritatem, amoris illecebras, & leuem quandam alterationem ex nimio coitu post crapulam.

Ad

Ad vraniſcum regiam ſtellam fixam, quam cor Leonis vocitāt, primæ maieſtatis atque luminis fulgentiſſimi paucæ admodum la titudinis de natura, ſeu complexione Iouis & Martis illo anno opes affluentiſſimas, & honores ampliſſimos contribuet, ſerenabitur quippe tempus anni illius in quo natus ita altum apud reges, ſiue principes gradum ſortietur, ſuorumq; aduerſariorū exci dia, ſeu vindictam audiet, nihilo ſecius acutam, ſiue cholericam patietur alterationem, pauci quidem momenti.

Ad algomeiſam primi luminis fixam de natura ☿, & parumper ♂ complexione indicat quatenus ita genitus illo anno iracū dus fiet, & actibus martialibus implicabitur, tamen ſapientiam amabit, licet clam futurus ſit, ſagax, ſubdolus, vafer, callidus, ſiue Aſtutam vapido ſeruans ſub pectore vulpem, cauſa libidinis mul ta diſpendia facturus, eiq; aliquid ignominiæ obiicietur ex merci bus maiora aderunt diſpendia quàm compeddia. In ſcripturis & literarum ſtudiis infortunabitur, & ex furtis ſeruorum, ſiue martialium detrimenta patietur illo anno.

Ad fundum vaſis ſeu baſim quartæ magnitudinis, ſeu ſpicam Virginis de natura ♀ ☿ & parum ♃ ita genito altum gradum in relligione ſeu eccleſia pollicetur cum ingenti laude, & magnam cum diuitiis exiſtimationem ob genii ſui ſagacis ſolertiam, & à venereis & mercurialibus omnia ſibi ex ſententia ſuccedent.

Ad fixam ſuper genu Leonis collocatam, quæ ♃ & ♂ complexionem minime abnegat, nato cum Iouiis & Manortiis homi nibus comertium præſtabit, quorum patrocinio dignitatem ſortietur lucrigeram, fietq; illo anno ita genitus alicuius oppidi vel ciuitatis ſiue militum gubernator magnus cum vitæ neciſq; poteſtate, in ſuis actionibus nominatus laudatus & honoratus.

Ad fixam in ceruice Leonis ſecundæ maieſtatis atque luminis de ♄ & ♂ natura ſeu qualitate denotat quòd natus ita non mediocra ſubibit bonorum, honoris, & vitæ incommoda, & pericula, quare natus ita illo anno aduertat ne præcipitetur aut à martia libus trucidetur, aut pernitioſas ægrotationes experiatur.

Ad fixam ♃ & ♄ naturam imitatam, denotat nato aliquam ex mortuis hęreditatem, ſiue diuitiarum incrementa, atque lucro rum copioſa præſidia Iouialium & Saturniorum largitionibus, inibit ſiquidem cum Iouialibus & Saturniis commertium vtile, & glorioſum, & ita genitus illo anno pręſeferet grauitatem & ſeue-

ritatem, sed amoris illecebras, aut ex zelotypia cruciatus cum levi quadam corporis discrasia experietur.

Ad lucidam hydrę maiestatis secundæ de ♄ & ♀ cōplexione circa possessiones & ædificia, natus illo anno detinebitur. Verum pro rebus hæreditariis molestias, dispendia, iacturas, & labores experietur, pro fornicationibus quoque dispendia cum dedecore, & nigra nominis nota.

Ad fixam tertiæ magnitudinis de falciferi & ♃ complexione, vtilem & non mediocrem decernit dignitatem supra nataliciæ stirpis conditionem, diuitias, gaudia & corporis salubritatem cum Saturninis & Iouiis viris comertium vtile & gloriosum, alicui etiā ex fratribus si sint, lucra & honores portenduntur illo anno.

Ad fixam quartæ magnitudinis de ♄ & ☿ complexione anxias cogitationes, & cerebri inuolutionem, aut morbum veterum nato ingeret, excitabitque cum saturninis & mercurialibus lites, iurgia, & rixas, & propter controuersias, dispendia, & iacturas. Eritque annus infaustus & insalubris.

Horoscopi occursus ad præsepe, seu pleiades de natura seu cōplexione ♂ & ☽ indicit quatenus ita genitus bile rubra, vtpote humoribus cholericis conflictabitur vulnera patietur in capite aut in facie insignem cicatricē & oculi sinistri aciem desiderabit, carceris aut exilii in commoda & brachiorum tormenta degustabit cum maximo vitæ periculo, vel ad triremes perpetuo destinabitur seu capite mulctabitur aut suspendetur, dein igne concremabitur, seu dilaniabitur forcipe adunca.

Ad duos Asellos de natura ♂ & ☽ admonet quatenus illo anno natus præuideat ne ab equis calcitrosis siue mulabus lędatur, aut a tauris cornigeris, leonibus, vel vrsis interficiatur & deuoretur, ne'ue ab alto siue imminenti loco præcipitetur cum vitæ periculo, acuta vero ægrotatione conflictabitur, oculorum præcipue sinistri aciem desiderabit, rixas effugiat, ne interficiatur, & ab ira se abstineat.

Natus ita posset ab omnibus hisce malis liberari, duce prudentia, si locum ☽ fęlici rore salutaribusque radiis stellæ salutares irrorauerint, & patrocinium porrexerint, auspice nutu diuino, & si annua conuersio non fuerit vsque quaque commaculata.

-a cōuers;

CVLMINANTIS CAELI SEV DECIMAE domus directiones, & earum Apotelesmata.

AD Saturni ☌ □ ☍ directio laboriosa & mala pro actionibus & magisterio nati, lugubris nato, genitrici & liberis exitiosa.

Huiuscemodi infęlix occursus contra natum irritabit Saturninos, vtpote rusticos, agricolas, lignipedes, cerdones, furnarios, nato admodum infensos, & suis actionibus atque magisterio molestos, & de ipso ne dum perperam ablatrabunt, sed pariter in eius perniciem coniurabunt, quatenus a suo exercitio seu magisterio detrudatur cum dedecore, fortunarum iactura, atque grauibus dispendiis, eumq; potentiores omni prorsus dignitate atque honoribus spolient, actionesq; nati infęliciter cadant, subditi praeterea & serui eius erunt sibi admodum infensi, & in dignitatibus & honoribus aduersabuntur. Iste insuper occursus matrem, vel quam eius loco habuerit, & aliquem ex liberis chronicis ægritudinibus affligent, & internitionem afferent, vnde natus illo anno erit lugubris, & pro rebus hæreditariis damna aderunt, & melancholicis curis detinebitur.

Culminantis cęli progressio.

Ad ⚹ vel △ Saturni denotat quatenus ita genitus in suo magisterio, & actionibus illo anno seruabit grauitatem, atque seueritatem quandam, & ab omnibus plus solito venerabitur, & commendabitur, res serias procurabit, cum hominibus ætate grauescentibus contrahet amicitiam honorigeram magisq̃ lucrigeram huiuscemodi occursus aliquam decernit dignitatem cum pecuniarum dispendio voluntario, immo potentioris auspicio natum ad honoris insignia, vel magistratum quempiam oportunum euehet, quippe qui in aliquo oppido vel republica, & publica munera committentur, præsertim si Saturnus fuerit in suo domicilio aut celsitudine. Si vero fuerit in ♉ vel ♑ illo anno erit ad agrorum, vinearum, & pomeriorum culturas, geretq; armentorum curam, & ad rem domesticam augendam. Circa opes cumulandas & ædificia plus solito detinebitur, pro parentibus & sernioribus suæ stirpis plurimum fatigabitur, & circa res hæreditarias admodum anxius & curiosus.

Culminantis cęli occursus.

AD ♂ ⚹ △ ♃ directio erit nato vtilis & gloriosa fęlix, fausta, atq; salubris, ita genitus anno illo elatum aliquem magistratum siue dignitatem a pontifice quodam ecclesiastico consequetur, principis enim ecclesiastici patrocinio, facileq; aurã amplam in ecclesia dignitatem, vtpote abbatiam vel prælaturam cũ affluentibus fortunarum prouentibus sortietur, ecclesiasticisq; negotiis occupatus, lucrorum copiosa præsidia, laudem, & bonũ nomen sibi vendicabit, ipsiusq; actionibus, & magisterio commẽdabitur, quin etiam ob ægregia ipsius nati facinora, præclarasq; actiones, erit apud potentiores dignitate, & gratia perspicuus, huiuscemodi fęlix cęlorum influxus, homines ex infima etiam atq; ignobili prosapia oriundos ad clara honoris insignia, immo suprema rerum fastigia extollere consueuit supra geniture substantiam, alioquin ex interitu alicuius prælati hæreditatem aliquam ita genito contribuet, & pleraq; a quadrupedibus lucra fratribus & liberis si sint, erit oportunus, genitrix bona corporis valetudine letabitur, dummodo Luna non sitã maleficis sauciata.

Ad □ vel ☍ ♃ magni cuiusdam præsulis inimicitias, odia, & controuersias excitabit, & ab illius insolentia bonorum iacturas, & honoris dispendia subire cogetur, religionem itaq; profitentes nati huius illo anno honoribus & negociis aduersabuntur.

Aliqui iudices, seu iureconsulti ob inuidiam de suis actionibus & magisterio perperam obloquentur, & omni conatu natum impugnabunt illo anno, sed parum obesse poterunt. Genitrix vero si tunc vixerit, aliqua corporis discrasia laborabit, & ipse ad sobolem seminandam iniciabit, propter parẽtes, affines, & plerosq; amicos multa aderunt dispendia.

Culminantis cęli occursus.

AD ♂ coitum siue congressum, cum viris martialibus suo magisterio aduersantibus iurgia prouocabit, natus illo anno iras potentiorum præcipue martialium effugiat, ni volet carceris discrimina aut exilii incommoda subire. Genitrici si tunc vixerit, aduersam ægrotationem acutam inferet, & denique internitionem, præcipue si ♂ fuerit peregrinus, vel adustus, aut hostilibus falciferi radiis vulneratus.

Decimæ directio ad □ vel ☍ ♂

AD □ ♂ directio admodum infęlix hebetabitur, multa si quidem mala decernuntur ex inopinato, & vnde non spe-

rauerat, minatur enim carceris, aut exilii incommoda, vel in primis carceres, & brachiorum tormenta, ultimo exilium.

Huiuscemodi præterea directiones cęli culminātis ad □ vel ☍ ♂ cum martialibus prouocabunt contra natum lites, iurgia, & mutuas simultates, quorum odiis plurima mala portenduntur, inopinata cum fortunarum iactura atque dedecore, conabuntur quippe aduersarii vt natus à suo magistratu deponatur, & perferat martialium calumnias publice & priuate. Eritq; illo anno tātis calamitatibus vndiq; conquassatus, vt quo se vertat pęnitus ignoret, præuideat igitur ne ab hostium insidiis circa poplitem ei vulnera infligantur, iramq; sui Regis effugiat, ni volet carceris aut exilii incommoda experiri. Erit igitur directio decimæ ad insalubres Martis radiationes mala & litigiosa, genitrici, & filiis infausta, videtur enim illis insalubris, & fortasse exitiosa.

Decimæ directio ad ⚹ vel △ ♂

Huiuscemodi denique mesuranime directio ad ♂ □ ☍ radiationes rei cōtentiosæ seu militaris causa inimicitias, odia dedecusq; incurret, quare nihil boni, nihil amici, aut prosperitatis indicunt.

Culminantis cęli inambulatio ad ⚹ vel △ ♂

Si ♂ in themate natalicio, & annuæ conuersionis fuerit bene affectus, denotat quatenus illo anno hastiludiis, armis, & equestri iaculatione delectabitur, & equos diligenti cura alere studebit, & canes ad venandū, ab rege seu principe mauortio, & honor magnus in rei militaris disciplina demādabitur, rerumq; martialiū curam geret, audax, intrepidus, imperiosus, atq; magnanimus, multo maiora facturus dispendia q̃ compendia, à militibus venerabitur, atq; a multis timebitur nō sine quorundam odio, & inuidia, tamen multum lucrabitur propter dignum aliquod facinus in rei militaris disciplina, vnde magnam sibi laudem comparabit, reperiet enim nouum aliquod stratagemma, vel traiiciendi machinas tormentales, vel parandi hostibus insidias, quibus illos funditus pessundabit. Alioqui à summo antistite gubernandarum gentium, vel populos oppidi alicuius ei onus demandabitur cum vitæ necisq; potestate ad publica officia deputabitur. pro genitrice liberis, & fratribus plurimum elaborabit, vt eis bonum aliquod inopinatum exhibeatur.

Decimæ mesuranime occursus ad ☉ ♂

AD ☉ congressum cum Rege vel principe inclito consortium dabit honorigerum, a quibus ita genitus plus solito venerabitur, quippe qui fideliter atque solerter sui regis negotia peraget, & absoluere non cessabit, & hac spe ac fiducia ductus ad suos dominos confugiet, vt parentibus fiat oportunus. Verum genitrix si illo anno vixerit, aut filius si quem habuerit acuta ęgrotatione conflictabitur.

Decimæ occursatio ad □ vel ☍ ☉ obnunciat nato iras potentioris, illo anno litibus pleno, & ei malum aliquod inopinatū portenditur, ira & odio sui regis siue nobilium, voluntas enim illorum contra ipsum illa tempestate erit iniqua & impia, & nullis ab ipso beneficiis afficietur, immo erit de carcere, aut exilio suspicandum, adeo quidem quod in omnibus ferme actionibus ita genitus impedietur, & cum dedecore detrimenta sentiet. Illo insuper anno lędetur auctoritas & dignitas nati ab aliquo equestris ordinis homine, quatenus ab omni publico munere priuetur, & a magistratu, si quem habuerit, discedere cogatur. Item matri calidam minatur alterationem, aut filio si sit, vel quem eius loco habuerit. Erit denique annus litigiosus & infaustus, insalubris & fortasse exitiosus genitrici & filio, pręcipue si illum locum stellæ maleficæ hostiliter percusserint.

Culminantis cęli progressio ad ⚹ vel △ ☉ ab rege seu magno principe ita genitus illo anno plurimis afficietur muneribus, pollicetur qꝫ officium vtile & honorificum, eiqꝫ publica munera condonabuntur, potentiores item summo fauore & beneuolentia prosequentur, quippe qui mutuam cum nobilibus inibit beneuolentiæ necessitudinem, huiuscemodi præterea occursus contribuet dignitatis officia, & magnorum virorum consuetudines nato quem rediget audacem, imperiosum, magnanimum, munificum, sed honoris appetentem, nihil humile excogitantem, nullius denique laudis auarum, quare singulas actiones suas eo dirigere conabitur, vt reipublicæ præsit, sibiqꝫ laudem, & claritatem pariant suæ actiones & suis prodesse valeat, matri & liberis sint letam sortem contribuet iste cęlorum defluxus.

Culminis seu Decimæ progressio ad ♀

AD □ vel ☍ ♀ implicabitur illo anno alterationibus plerisqꝫ ex amore vel zelotypia puellularum vel adolescentulorum concitatis, famam nati ipsius aliqua ex parte denigrantibus, incli-

tæ præterea mulieris gratia lites & rixæ scaturient, vel cum venereis iurgia ex nimio amore & zelotypia conceptas, ista igitur directio erit damnosa & infamis, tamē natus ipse illo anno genium non defraudabit, & iste cęli defluxus conditioni matris suæ, & filii aliquantulum aduersabitur.

Ad ☌ ⚹ △ ♀ aut fines Veneris inambulatio læta, fęlix & genialis atque prospera cum venereis vtpote nobili & formosa muliere atque adolescentulis consortium dabit gratum & cum plerisq; venereis gaudia & iucunditatem contribuet, cum formosa atque nobili puella consortium decernit gratum, atque voluptuosum, quorundam adolescentulorum dulci amicitia fruetur & genio indulgebit ad venerem ægregiam & lauta conuiuia pro cliuior, rebus venereis implicatus illo anno ludis, iocis, choreis, cantibus, venereisq; voluptatum illecebris capietur. Si Venus fuerit in signo masculino marem suscipiet filium satis venustum, aut ex filio letitiam. Genitrix sanitate letabitur, erit enim eius conditio fęlix & fausta, nuptias celebrare faciet. aliquam dignitatem & claros honores sortietur, & publica munera pertractabit cum lucro & honore, ad alti quippe officii promotionem extolletur, & in singulis actionibus suis plurimum cōmendabitur, inclitæ mulieris patrocinio clarior, fiet illo anno votorum ferme omnium compos.

Decimæ directio ad ☌ ☿

IN mercibus vel scripturis, supputationibus arithmeticis, literarum studiis, musicis modulationibus & variis negotiis occupabitur natus illo anno, solerti genio atque astu pollebit si ☿ fuerit in geminis aut virgine, & propter ægregias animi dotes ei lucra cum honoribus affluent illo anno, nihilominus cerebri plerunque inuolutionibus agitabitur propter varias occupationes.

Culminantis cęli directio ad ☿ □ ☍

MErcuriales viri ingeniosi ob inuidiam ita genitum maximo prosequentur odio & quidem mutuo, & illi liuore vt dictū est, exagitanti dolis, insidiis, mendaciis, variisq; technis in nati perniciem, & dedecus coniurabunt, & in eum facinus aliquod indignum machinabuntur, quatenus ab omni honore, officio & magistratu, si quem habuerit illo anno deiiciatur, litigiosa et mala huiuscemodi progressio & sibi filio, & genitrici inclementem quippe cęli occursum experientur.

Decimæ ad ⚹ vel △ ☿ denotat quatenus illo anno natus

ingemiſcere fiet & in literarum ſtudiis multum proficiet, ad ſcripturas procliuior ſolito, vel ad merces commutandas anxius & in eis multum lucrabitur, cum mercurialibus comertium habebit vtile & honorificum, ob ſuas præterea genii dotes ægregias, ſolertiam atque dexteritatem aliquod officium vtile conſequetur, ſiue aliquem magiſtratum in republica lucrigerum ſortietur, aut honorificæ legationis munera ei demandabuntur, & in ſuis actionibus plurimum commendabitur propter literas & genii dotes ægregias laudabitur. Affluent præterea nato lucrorum copioſa præſidia ex potentiorum largitionibus, vel ad altum gradum promouebitur ſiue aliquod in republica officium vtile & glorioſum conſequetur, in mercibus & actionibus ſiue magiſteriis ſuis fortunabitur & fœlicitates ei ſuccedent ad vota illo anno præcipue ſi locum illum beneficæ ſtellæ fœliciter irrorauerint. Genitrix & filius ſorte fœlici letabuntur ſi vixerint, ab vxore, vel ab amica prolem ſuſcipiet ingenioſam.

Decimæ ad ♌ fœlicem decreuit annum, circa negociationes: filii etiam concipiendi inditio eſt, & honori, & in omnibus actionibus fortunatum efficiet natũ illo anno, decernit præterea iſte occurſus honoris inſignia ab Iouiis & venereis, & in ſuis actionibus laudem, & genitrici letum atq; proſperum tempus indicitur.

Ad ♉ directio decimæ mala eſt & ignominioſa nato & ſuis affinibus, præcipue genitrici & liberis, matri enim melancholicam febrem, ſiue peſtiferam, aut profluuium ventris, quam diſſinteriã vocitant. Sed ita genito oculorum acies debilitabitur, iſte inſuper infelix occurſus dignitates & honores nati obtenebrabit, in ſuiſq; actionibus difficultatem illo anno, atteſtaturq; dedecori, & saturnios degeneres honoribuſq; infenſos irritabit.

Culminantis centri progreſſio ad ☽

AD □ vel ☍ ☽ popularium odia, rixas, atque ſimultates contra natum irritabit, & in ſingulis fere actionibus impediet, aut inclitæ mulieris gratia ſcaturient rixæ, iurgia, & controuerſiæ, & cum grauibus diſpendiis mutuæ ſimultates, muliebribus quippe illecebris atq; negotiis implicatus pericula, contumelias, diſpendia, & graues animi anxietates prouocabit, huiuſcemodi occurſus non ſine quapiam nominis nota nigra atque dedecore. Genitrix & liberorum aliquis, ſi tunc fuerint, ſortem experientur amaram illo anno vertente.

Ad ☌ ⚹ △ ☽ ſi fuerit luminoſa, & in ſchemate natalicio fœliciter

liciter collocata à populis honores solito maiores decernit, & natus illo anno inclitæ mulieris necessitudinem inibit, cuius patrocinio officium aliquod vtile & honorigerum sortietur. Muliebribus quippe negotiis admodum occupatus lucrorũ copiosa præsidia, & cum honoribus laudem sibi comparabit, & in singulis actionibus suis commendabitur, erit enim directio fœlix & prospera, ne dum nato, sed genitrici, & filiis. Quin etiam ipse aut filius vel vterque nobilem ducet vxorem, aut genitrix virum, alioqui multa fient verba de connubiis, ac nuptiis celebrandis illo anno. eritq; varium & mutabile tempus.

Decimæ ad cœlicas domos.

AD XI cæli stationem, quæ bonus dæmon nuncupatur, denotat quatenus ita genitus plerosq; nouos, & quidem non obscuros sibi conciliabit amicos, iouios si ♃ ibi fuerit, aut illum locum fœliciter irrigauerit, aut venereos, si ♀ vel nobiles si ☉ sin ♂ martigenas vel saturninos si falcifer, aut mercuriales si ☿, & si natus ita quidpiam ab illis efflagitabit, facile consequetur, & omnia prospere ei succedent.

Ad XII præcaueat sibi ab inimicorum ocultorum insidiis aut principis ira ni volet natus ita carceris aut exilii incommoda experiri, & bonorum atque honoris iacturam à quadrupedibus magnis damna & nonnihil sinistri, vt pote equis seu mulabus calcitrosis, siue tauris, ni præuideatur obnixe.

Ad horoscopum claros decernit honores, & in suis actionibus laudum præconia, & cum potentioribus commertium vtile & gloriosom illo anno.

Centri culminantis ad ⊕

AD ⊕ partem fortunæ quæ à Græcis archetypos dicebatur, insinuat quòd natus illo anno erit ad opes cumulandas admodum anxius, & rerum mobilium incrementa sortietur, & pretiosam suppellectilem congeret, & plus solito venerabitur illo anno, quandoquidem.

In precio precium nunc est, dat census honores,
Census amicitias, pauper vbique iacet.
Si quis habet nummos secura nauigat aura,
Fortunamq; suo temperat arbitrio.

Ad ⊕ partem dæmonis hæc eadem ferme omnia quæ de ⊕ diximus portendere videtur, ad partem spei, licet inimicorum odiis spes optata quandoque frustretur atque irrita sit, non tamen

⊕ fortun: et dæmon

præteribit annus ille quin ita genitus fiat multorum compos votorum.

Ad ⊕ amicorum natus circa aduersariorum conciliationes versabitur & amicos plerosq; nobiles sibi conciliabit, & cum amicis letabitur, & vitam ducet quietam cum sociis nobilibus.

Culminantis cęli ad ⊕

AD ⊕ partem inimicorum seu controuersiæ natus in litibus inimicitiis & contentionibus inimicorum causa implicabitur, & cum plerisq; certamina decernentur.

Ad partem relligionis illo anno natus relligioni & diuino cultui plus solito deditus erit, & multas pauperculis faciet elemosinas, vt meritum habeat in altero sęculo, & in hoc mundo religiosus & clemens appellabitur.

Ad ⊕ regni siue regis cum rege vel magno quodam principe, siue potentioribus commertium decernit vtile & gloriosum, circa ardua & regias actiones, & potentum virorum sibi confederatorum arduas prouincias detinebitur natus, & cum plerisq; hostibus pacis fędera inibit.

Ad ⊕ fratrum natus erit fratribus apprime oportunus, & illos ad altiorem gradum extollere conabitur, & ipse a suis fratribus plurimum venerabitur.

Culminantis centri ad fines planetarum.

DIrectio Decimæ ad fines, hoc est terminos, & hostiles radios falciferi saturninos honoribus, & magisterio nati infensos prouocabit. Sin ad ♂ fines & infaustas radiationes peruenerit, martigenas nati actionibus valde molestos excitabit, & matri & filio si vixerint sortem iniquam.

Ad fines Veneris vel Mercurii deuoluta progressio, mercuriales & venerei erunt actionibus & honoribus oportuni.

Mars Cancri fines septem sibi vendicat, at sex
Falcifer in Libra, septem tibi Scorpio Marti
Contribuit primos, reliqui sunt deniq; fausti
Signorum primi fines, mihi credite, sed iam
Infausti fines sunt omnes vndique fines.

STELLAE FIXAE	longi. G	M		Aſcē. recta G	M	magn.	Natura.
Caput Algol.	20	10	♉	39	30	2	♄ ♀ ☿
Pleiades.	22	40	♉	49	0	5	♂ ☽
Aldebaran oculus Tauri	2	50	♊	60	40	1	♂ ♀
Siniſter pes Orionis	10	0	♊	72	45	1	♄ ♃
Rigel ſiue humer' Orionis	10	20	♊	73	15	1	♃ ♄
Hircus, capra alaioth	15	10	♊	70	10	1	♂ ☿ p ♃
Dexter humerus Orionis.	22	10	♊	82	15	1	♂ ☿
Canis maior, ſyrius.	7	50	♋	96	10	1	♃ p ♂
Canis minor procyon.	19	40	♋	108	50	1	☿ p ♂
Ceruix Leonis	22	20	♌	147	40	2	♄ p ♂
Cor Leonis	22	40	♌	145	0	1	♃ ♂
Cauda Leonis	14	40	♍	170	30	2	♄ p ☿
Spica Virginis.	16	50	♎	194	40	1	♀ p ☿
Arcturus vociferans	17	10	♎	208	10	1	♃ ♂
Lucida coronæ.	4	50	♏	228	0	2	♀ ☿
Anteres cor Scorpii.	3	0	♐	239	40	2	♂ p ♃
Vultur cadens.	7	30	♑	274	20	1	♀ ☿ p ♂
Aquila volans	24	20	♑	291	0	1	♂ ♃
Cauda Capricorni	15	20	♒	318	10	1	♄ p ♃
Fomahant.	20	30	♒	331	40	3	♄ ♃ p ☿
Nares cæti.	27	10	♒	338	35	1	♄ ♃
Cauda Cygni.	29	40	♒	306	40	2	♁ ☿
Siniſter humerus Orionis bellatrix.	14	10	♊	74	55	2	♂ ☿

Culminantis cęli ad stellas fixas.

AD Aquilam volantem primæ maiestatis, ac luminis fixam, & ad cor Scorpii, quæ a græcis anteres nuncupatur secundi honoris, de natura ♂ & ♃ insinuant quatenus ita genitus illo anno cum martialibus & iouialibus consortium inibit honorificum, magisquam lucrigerum, quippe qui multa facier dispendia: eritq; ad rei militaris disciplinam solito propensior, & hastiludiis oblectabitur, & ei milites aliquod dominium ab iouialibus demādabitur, aut in maritimis negotiis dabitur potestas in nautas, quorum pletiq; ob inuidiam odio eum prosequentur, alibi vero honoribus, inopinato præterea casu genitrici & filio, si tunc fuerint, mortis periculum imminebit, ex ferro vel igne, siue aqua ferenti aut graui ægrotatione.

Ad aldebaram stellam fixam primæ maiestatis de natura ♂ & ♀ complexione, quæ oculus Tauri nuncupatur, meliora tempora aduersam nati fortunam ad fęlicitatem commutabunt, & leta incipiet afflare fortuna: huiusmodi quippe occursus honoris insignia diuitiarum incrementa, & letam sortem nato contribuet, ex martialibus & venereis patrocinio.

Culminantis centri ad stellas fixas.

AD beldegenscm, dextrum Orionis humetum, primi honoris fixam de complexione ♂ & ☿ denotat quatenus ita genitus illo anno in martialibus negotiis occupabitur, & tanta arte, solertia, & sagacis genii dexteritate vtetur, & stratagemmata repcriet, vt inde dignitatem & honoris insignia apud milites & mercuriales viros etiam ingeniosos cum reuerentia consequatur, maiora facturus dispendia quā compendia. Huiuscemodi præterea culminantis centri ad Hircum, siue alaior deuoluta progressio, quum sit quoque de natura ♂ & ☿ hæc eadem ferme omnia quæ diximus Apotelesmata affirmare videtur, quin etiam iussu Regis siue principis mauortii, & mercurialis itinera ita genito demandabuntur, eritq; regiis negotiis & impedimentis illo anno pręposítus, vnde lucrorum copiosa pręsidia cum honoribus sortietur, finis autem videtur tragicus, siue pernitiosus, stellæ enim fixæ de natura maleficorum planetarum dant dona grandia, sed plerunq; malum exitum sortiuntur.

Decimæ ad stellas fixas.

AD bellatricem secundi luminis fixam de natura ♂ & complexione ☿ obnunciat annum fore bellis, rixis, & calamitati

bus plenum, ita genitus in odia, simultates, & hosticas impugnationes incurret, & ni prudenter cautum fuerit, iussu principis martigenæ, & odio atque accusationibus mercurialium carceris, aut exilii incommoda patietur, cum brachiorum cruciatibus & ignominia, seu nigra nominis nota propter falsas scripturas, siue pecunias adulterinas, & diuitiarum iacturas illo anno natus experietur omnimodas.

Ad rigel primæ maiestatis fixam, quæ ♃ & ♄ naturam imitat in Orionis humero collocatam insinuat quatenus iussu magni principis iouii iam senescentis natus illo anno fiet ductor exercitus, siue quorundam militum asper, iracundus, intrepidus, imperiosus, magnanimus, vel aliquam consequetur dignitatem ecclesiasticam, & lucrorum copiosa præsidia, plerisque tamen sudoribus, laboribus, atque anxietatibus implicabitur, & cõquassabitur illo anno.

Ad canopum primi luminis fixam de ♄ & ♃ complexione, veluti sinister pes Orionis, fomahant cauda Capricorni, nares ceti, patrociniis saturniorum, & Iouialium vtpote ecclesiastici antistitis iam senescentis denotat quòd ita genito alta dignitas cũ ingenti existimatione, gloria, & diuitiarum affluentia demãdabitur, & genitrix & filius, si tunc vixerint leta sorte fruentur.

Culminantis centri directio ad cor Leonis, Canem maiorem, Arcturum, Acarnar primi luminis fulgentissimi, honoris, & inclitæ maiestatis ♃ ♂ iussu magni principis Iouii & martigenæ, dignitas fiscalis & in populos dominium demandabitur, aut alicuius oppidi seu ciuitatis moderator efficietur, fluminum præterea & aquæ ductum dirigendorum atque ædificiorum onera suscipiet, & in omnibus suis actibus commendabitur & lucrabitur.

Ad caudam Capricorni tertiæ magnitudinis ♄ ♃ naturam non abnegantem ad ædificia & agrorum culturas natum ita redidget solito propensiorem.

Ad Arcturum, cor Leonis, & Canem maiorem de natura Iouis & Martis circa bellicas gubernationes natum efficiet procliuiorem solito, aut in milites dominium ei demandabitur, potentiorum negotia exercebit cum honore magno & in suis actionibus commendabitur.

Ad spicam Virginis primæ maiestatis de natura Veneris, & cõplexione Mercurii primi luminis fulgentissimi à venereis & mercurialibus maximi cõferentur honores supra stirpis propriæ cõ-

ditionem, adeoquidem quod ita genito in populos vitæ necisq; potestas demandabitur.

spic: my cur ∂ — In multis genituris compertum est, quod si quispiam ex ignobili etiam prosapia genitus habuit spicam Virginis, vel cor Leonis, vel alias stellas primæ magnitudinis in culmine cælorum, vel horoscopo ad suprema rerum & honoris culmina peruenit & ad pontificiam potestatem elatus fuit, & hæ stellæ nunquam malum

Julii p — sortiuntur exitum, vt quēadmodū fuit in genituris Iulii Papæ II.

Ad pleiades ♂ & ☽ naturam imitantes, turbulenta & pernitiosa negotia, lites, iurgia, & controuersiæ mulierum causa portenduntur, quibus ita genitus anxietates, damna, & dedecus experietur, vel ad hostiles aut piratarum manus detrudetur, & in cunctis actionibus impedietur, vel carceris, aut exilii incommoda degustabit. hæc directio ad vergelias in principio decernit honores, sed officium male cadens, siue exitū tragicum, atq; dedecorosum.

Ad caput algol, seu Medusæ secundi luminis de natura ♄ & ♀ vel potius ☿ magnum aliquod vitæ discrimen denuntiat causa homicidiorum, vel quod natus ita erit homicidii conscius vnde secum agetur de capitis discrimine, vel reipublicæ præpositus & magistratum generis plerosq; capite mulctare iubebit, a miserrima conditione illos eripiens, quandoquidem mors vltima linea rerū est.

Ad fixam nebulosam de natura ☉ & ♂ vel ♂ & ☽ denotat quatenus in actionibus martiis & igneis adustus erit, & in duello quædam reperiet stratagemmata, sed martialium insidias & iras regis siue principis effugiat, ni vol et diuitiarum iacturas & honoris experiri, ne'ue oculorum aciem desideret, vel alterius membri amputationem patiatur illo anno.

Solis directiones, & apotelesmata.

AD ☍ ♄ indignationem principis saturnini, vel nobilium contra natum prouocabit illo anno; experietur quippe potentiores plerosq; saturnios alieno contra eum animo & ipsorū persecutiones cum ipsius dedecore ob inuidiam excitatas.

Iste præterea occursus ☉ ad falciferi coitum nato & patri fortunarum & honoris iacturam denunciare videtur. parternam quippe substantiam magna ex parte dilacerabit, itaq; bona fortunæ redigentur in nihilum. Obnunciar item nato & patri capitis dolores, & vētriscordis imbecillitatem, & alterationes melancholicas siue febrem quartanam, bilem atram atque pituitam in-

geret grauibus cum infortuniorum cumulis, miserisq; periculorũ discriminibus implicabit, atque dignitatis depressionem, quinetiã langores ex vitiosis humoribus inferuntur, & vires fatigati corporis imbecillitate diducuntur, vnde corpus debilitabitur, stomachi, capitis cruciatus, tormina, ventriculi dolores, & cholicam passionem infert, quin & oculis præcipue dextro exitium cecitatis impingitur, ægritudo chronica, & perniciosa decernitur, lugubris denique annus, atque pernitiosus si stellæ salutares locum illum non irrorauerint.

Alicuius denique ex fratribus, seu filio & genitori, seu genitrici acerba malorum minatur exitia, aut grande infortunium, nisi ipsorum genituræ contrarium portenderint.

Sol ad □ vel ☍ Saturni hæc grauis & mala directio ab saturninis, & seruorum rapinis atque rusticorum expilationibus detrimenta minatur. & in maritimis mercibus damna siue naufragii discrimina, quinetiam honoris & alti gradus deiectionem, si quod dominium natus ita habebit damnabitur, & variam fortunæ mutationem experietur illo anno saturniorum odio, & sui generis nobilitas deiicietur, vel aliquam obiiciet nato bonorum, & honoris iacturam dedecus & nigram sui nominis notam, siue ignominiã, & ipse aliquas fraudes machinabitur contra suũ regẽ & indignum facinus perpatrabit, quæ in eius ipsius perniciem reuertentur, eius consilia malum sortientur euentum, quippe qui viuere volet suo arbitratu, & in sua patria vilipensus erit, ob iram itaque principis saturnini, quin et rusticorum atque seniorum, vt diximus, rapinas, furta, & expilationes fortunarum, & honoris iacturam experietur, quin etiam carceris & exilii incommoda. Huiuscemodi culminantis centri occursus absque beneficarum stellarum fœlici rore atque intuitu faciet natum & genitorem, vel quem eius loco habuerit laboriosis necessitatibus implicari, laboriosæq; vitæ pondus imponet, ægestatisq; angustias graues, indicitq; patris & liberorum atque domesticorum siue consanguineorum iacturas, erit, item sibi & suis mala directio genitori præcipue si tunc vixerit grauis ægritudo chronica, & vitæ discrimen maximum indicitur. Item sic genito valetudinis acerbæ periculũ minitatur, atque omnis vitæ substantia variis atque malis laborum continuationibus quassabitur, & in oculis præcipue dextro aliquid sinistri decernitur, & tandem malæ mortis exitium nato & genitori.

At si ♃ aut ♀ locum illum aspexerit annus non erit facilis neque pernitiosus, sed tertiana vel quartana febre, aut ernia siue gonorrea cruciabitur, vel chronica ægrotatione, adeoquidem que graues animi & corporis angustias ingeret, frigidas quippe alterationes ex acerbo humorum frigore stomachus infrigidabitur cũ epate, vel corpus neruorum constructione deformabitur, fietque lepro-sus vel scabiosus, aut morbo gallico conflictabitur illo anno.

Solis occursus ad ♄

AD ⚹ △ ♄ decernit lucra plurima, & honoris insignia a potetioribus seu principe saturnino, quippe qui ita genitus illo anno alicuius altæ dignitatis promotionibus decorabitur, magnæ insuper gloriæ potestatem & notitiam apud potentiores consequetur, bonumque nomen & famam in regiones etiam lõginquas promulgabitur, nedũ in propriis laribus, in suis item actionibus factus aliquantisper seuerus & imperiosus plusquam consueuerat grauitatem seruabit, lucra solito maiora nato affluent occasione prædiorum, siue agriculturæ, vel architectoriæ, aut quæ ei aduenient ex aliqua hæreditate. Et si fortasse quidpiã detrimenti olim perpessus fuerit, illo anno faciet propria virtute & potentioris præsidio conferri. Parentes quoque ipsius simili ornamento dignitatis ornari. verum natus ita & genitor, si tunc sit, catharrali discrasia aut phlegmatica alteratione conflictabitur.

Sol ad ♃

AD ☌ Iouis progressio, conferet nato corporis salubritatẽ, gaudia, animi tranquillitatem, & omnem quodammodo fœlicitatis ordinem, ex qua non paucos fructus cum aliqua honoris potestate percipiet quin & lucrorum copiosa præsidia & publicam quandam eminentiam siue officium aut beneficium ecclesiasticum quod natus à summo antistite seu rege seu publicis magistratibus consequetur, & apud potentiores gratiam facilemque auram, vel cum diuitibus & iure peritis, legum professoribus vtilis, & honorigeræ fœdera amicitiæ inibit. Hostes plerique vltro nati amicitiam efflagitabunt, & amici erunt illo anno hostibus potentiores. Letabitur de fœlici liberorum sorte, vel sat pulchram sobolem suscipiet, genitori diuitiarum incrementa & honoris insignia portenduntur, eritque vtriusque conditio salubris, fausta, & nimium fœlix illo anno fœlicissimo.

Sol ad ♃ □ vel ☍

HViuscemodi occursus viros quosdã Iouios, vtpote religioni dedi-

deditos seu prælatos, vel iure consultos, diuites caternus natum odio & stimulis exagitabunt quatenus inimici quoque potentes sæculares etiam contra natum insurgere audeant, vt in exilium destinetur, aut patrimonium eius conscribatur, vel magna ex parte dilapidetur, immo sui regis contra natum ita minaces turbas irritabit, adeo quidem quod illo anno coactus erit vt peregre proficiscatur, sed iam tandem aduersariorum improbitas conculcabitur, licet in principio ei plerunque inferiores præferantur, nihilo tamen minus ob suas genii dotes præclaras ab summo antistite decorabitur summis honoribus, & pleriq; dignitatis suæ merito ei subiiciant, & proprio marte opes paternas tuebitur atque dignitatis suæ insignia non sine iouialium patrocinio.

Solis directio

AD ☍ ♃ quosdam iouios principes, vtpote ecclesiasticos relligioni deditos nato palam infensos prouocabit, quos tādem sibi conciliabit, & ab ipsis non nihil emolumenti atque honoris cum intollerabili quadam difficultate & plurimorum inuidia, huiuscemodi directio paternas facultates miseris plerunque lacerationibus faciet dissipari cum quadam honoris iactura, sed iam tandem ita genitus ab hisce malis & periculis imminentibus eripietur, & fortasse masculam prolem formosam seminabit illo anno, si fuerit idoneus.

Sol ad ⚹ △ ♃

HViuscemodi occursus salubres, gloriosi, vtiles, atque nimium fœlices nato altam portendunt honoris promotionem siue magistratum siue beneficium ecclesiasticum cum diuitiarum affluentia non mediocri, non autem magna rei cuiuspiam occasione, sed summi antistitis, vel præsulis seu iure periti largitionibus vtile & honoratum natus ita sortietur officium siue prælaturam, magna vtique dignitatis insignia affluentiumq; diuitiarum copiosa præsidia, nati præterea sudoribus, assiduo labore & solerti industria paternas substantiæ facultates cumulabit, & conseruabit, vnde ita genitus laudum ingenti præconio dignus erit, quoniam vti noster ingeniosissimus cecinit poeta,

Non minor est virtus, quam querere, parta tueti,
Casus inest illic, hic erit artis opus.

Genitor, si tunc vixerit, vel quem eius loco habuerit fœlici sorte fruetur, & natus ita peruenustam prolem seminabit illo anno, si fuerit in ætate idonea & venerem fœmineam nō defraudauerit.

Sol ad ☌ ♂

PErtremebundus iste ☉ ad ♂ congressum occursus natum in consiliis, cogitationibus, & actionibus suis rediget inconstantem & varium, eiusq; substantiam & expectationem destruet. Minatur præterea nato bilem rubram, cum capitis dolore acerbissimo, vtpote febrem cholericam & acutam, & in capite seu facie vulnera siue insignem cicatricem ex ferro vel igne, aut sclopo, itaq; ad necem vulnerabitur. Eritq; verēdum ne oculi dextri acies ei eruatur, aut ex aliquo incendio, siue aqua feruente ledatur, ab equis præterea seu mulabus calcitrosis & casu ab alto imminebunt vitæ discrimina, cum martialibus lites effugiat & inimicorum insidia, ni voler biothanatus interire. Huiuscemodi perniciosa directio patri si vixerit tunc miserum mortis minatur exitiū, alioqui non mediocres labores, atque dolores, & alicui ex fratribus vitæ discrimina. Hæc eadem infortuniorum genera obiiciet Solis directio ad antiscium, vel duodecatemorium Martis. Si stellæ salutares non irrorauerint locum illum Martis in vtroq; themate, & Sol fuerit peregrinus, illo anno de rebus nati conclamatum erit. Sola tamen summi Seruatoris nostri, & almæ Virginis clementia ipsum a morte poterit eripere.

Sol ad □ ♂

ITa genitus nimios sudores & labores effugiat, ne in acutam quoque dilabatur alterationem, ne ue a quadrupedibus aliqua ex parte ledatur, aut ab inimicis vulneretur ad mortem, aut oculus dexter ei effodiatur, vel in capite vulneretur: litigiosus atque infaustus iste cęlorum defluxus magni cuiusdam mauortii principis seu militis ininicitias, odia, & seditiones obnuntiat, vulnera, fortunarum rapinas, furta, & expilationes, & ab inimicis martialibus metuenda discrimina, obicienturq; nato & genitori, si sit tunc in famia, vt in carceres aut exilium destinetur, & subripiātur ei opes paternæ & publica officia, in quibus anrea fuerat constitutus, minatur etiam infęlix iste occursus brachiorum tormenta, & in capite seu facie secus oculum dextrum vulnera vel in fronte cicatrices ex ictu lapidis seu ferri minatur etiam in ædibus paternis aliquod incendium.

Iste infęlix cęlorum defluxus nati corpus inficere consueuit morbis vrentibus acutisq; febribus, & nati atque genitoris honores impugnat, quin etiam consiliorum fundamenta diruit, magistratibus aduersatur, & omnia propemodum infortuniorum ge-

nera denunciare videtur, quare illo anno natus ad nullam rem arduam audeat, quum sciat se in omnibus fere suis actibus infeliciter impediri. Est enim eiusmodi directio insalubris, litigiosa, & infęlix.

Sol ad ☍ ♂

Singula propemodum infęlicitatis genera, quæ supra enunciauimus de Solis occursu ad □ ♂ in hac etiam directione Solis ad ☍ ♂ accidere possunt, & quidem multo pernitiosiora: iste enim afflatus per diem omnes actus nati illo anno grauibus faciet contrarietatibus impediri, & dissipata magna patrimonii parte, onus egestatis imponet, vel aliquod incendium in suis ædibus inferet, & natum fatigati corporis imbecillitate debilitabit, aut ex altis locis præcipitabit, vel ab equis, siue mulabus calcitrosis humi satis cum vitæ periculo prosternatur. Huiuscemodi cęlorū afflatus infęlix regis, siue potentiorum animos eatenus ab ipso nato alienabit, quatenus cum ignominia & summo dedecore, & fortunarum iactura surripiantur ei publica officia, & ab omni magistratu eiiciatur, vel in carceres & vincula coniiciatur, aut in exilium vel triremes destinetur, & non solum honoribus nati aduersabitur, verum etiam corpus inficiet calidis & siccis morbis: immī nebunt præterea vitæ discrimina ex igne vel ferro, quare præuideat ne illo anno ex ictu tormentalis machinæ, seu scloppi interficiatur. Genitorem præterea, si tunc vixerit, honoris, siue officiorum suorum causa litibus implicabit non sine intolerabilibus dispendiis, alioqui eum misera mortis atrocitate prosternet.

Solis item ad ♂ antiscium, siue duodecatemorion erit fratribus, & nato lugubris inambulatio.

Sol ad ⚹ △ ♂

Iste cęli defluxus denotat quatenus illo anno natus cum martialibus amicitiæ fędera inibit, plus solito intrepidus, terribilis, animosus, magnanimus: Regis insuper seu ducis, aut principis mauortii patrocinio ad honores, magnæq; potestatis insignia cū gloria & licentiæ auctoritate promouebitur, plerisq; enim militibus, seu populis præpositus erit, cum vitæ necisq; potestate, in ei militaris disciplina laudem & gloriam cōsequetur, & ab omnibus plus solito venerabitur, ex suo marte atque sagacis genii dexteritate aduersariorum improbitas & insolentia conculcabitur. Huiuscemodi honores nato aduenient ex claris in re bellica & armorum expeditionibus stratagemmatis atque hastiludiis, rem

familiarem augebit, sed cum labore & periculis, multa facturus dispendia, tandem maiora affluent compendia, acutam degustabit corporis discrasiam, quæ infra quindecim dies elanguescet. Enarrati cęlorum fęlices influxus suos sortientur euentus, si ☉ & ♂ fuerint in vtroque schemate fęliciter collocati procul existentibus hostilibus falciferi radiationibus, & a beneficorum planetarum rore salubertimo irrigati.

Sol ad ☉ ⚹ vel △

Iste fęlix cęlorum defluxus patrocinio regis seu magni principis nato altam pollicetur dignitatis prærogatiuam, & a nobilibus honores solito maiores, atque lucrorum copiosa præsidia, altum insuper decernit honoris gradum, & in rebus classicis pręposituram, & forte palmariam, alioqui ex rebus ecclesiasticis primariam præposituram, vel in plebeos aliquod dominium, & patri, si tunc vixerit, fęlicitatem aliquam, nihilo tamen minus vterque acuta quapiam discrasia, siue casu inopinato quandoque fatigabitur, aut ex igne nonnihil pericli.

Sol ad □ ☉

IN signis longarum ascensionum ☉ per debitum athazir peruenire poterit ad eius □ tetragonam radiationem ad △ trigonum vero neutiquam. In signis vero breuium ascensionum peruenire poterit ad △ nedum □ intuitũ. Solis igitur directio ad suum met □ deuolutus denotat quatenus ob iram regis vel magni principis seu potentiorum odia, indignationes, & insidias, honoris & fortunarum iacturas degustabit, quin & carceris, aut exilii incommoda, vel acutæ febris atrocitatem non sine capitis & stomaci cruciatu acerbissimo, grauem vtique ægrotationem acutam, & aquæ feruentis aut ignis pericula, quinetiam honoris atque expectationis dispendia: erit denique annus infęlix, litigiosus, dedecorosus, atque pernitiosus si ☉ apheta fuerit in vtroque themate a maleficis male affectus illo anno.

☉ Ad ♀ ♂

ITA genitus illo anno erit ad musicam, iocos, lusus, ludos, gaudia, choreas, tripudia, venereas voluptatum illecebras, & lauta conuiuia solito procliuior, nouo & quidem magno capietur amore aut reuiuiscent veteris vestigia flammæ cum pulchra, & nobili puella commertium inibit gratum atque voluptuosum, pulchrisque adolescentulis associabitur, & sub qualibet venere militabit. letus iste cælorum afflatus ex venereis quibusdam occa-

sionibus aut patrocinio mulieris nobilissimæ, seu regis adminicu lo, alioqui ex mercibus ornamẽtum, vtpote gemmarum rerumq; præciosarum natus ita ad dignitatem aliquam lucrigeram eueha tur, resq; familiares augeantur, quippe qui ad facultates & hono ris promotionem dabitur accessio, aut ex rebus hæreditariis fa cultatum incrementa non modica, & ex consequenti gaudia, cõ nubium & ab vxore diuitiarum incrementa, cum salubritate, cor poris & animi tranquillitate.

Annus itaque ille erit genialis, iucundus, letus atque salubris, in quo letas, opulentas, & honorigeras nuptias suo arbitratu cele brare faciet, vxorem ducet generosam, diuitem, atque venustam, vel filius coniugem, vel filia virum, aut multa fient verba de huius modi connubiis, & natus ita peruenustam prolem seminabit, vel filius aut nepos ei nascetur, & genitor si tunc vixerit, salubritate corporis, & fœlici sorte gratulabitur.

Sol ad □ ♀

CVM venereis aut ipsorũ gratia excitabit lites, iurgia & mu tuas simultates ex amore vel zelotypia cõceptas, & propter amores inhonestos ignominiam, natus enim illo anno ardentis simo capietur amore puellæ aut adolescentis, & propter illicitos concubitus seu præposteram venerem reddet eum apud princi pem & nobiles bonosq; viros odiosum & turpi notabitur dede core, multosq; sibi infensos prouocabit inimicos.

Ad ✶ vel △ ♀ magnum sanè nomen mirabilemq; expectatio nem, & diuinam penè famam, fastes & honores nato decernit, qui non solum ab omni populo, & præcipue venereis diligatur, sed etiam ipse miro quodã amoris affectu cæteros prosequatur. De nique ita genito, mulieribus suis & genitori, si vesceretur aura æthera erit hilare, gratum & salubre tempus & sobolem perpul chram suscipiet, si venerem fœmineam non defraudauerit.

Sol ad ☌ ☿

ITA genitus illo anno erit ad merces commutandas, vel ad scripturas & literarum studia solito propensior, & ob suas ge nii dotes ægregias lucrabitur, & plus solito venerabitur, quin etiam legationis honorigeræ accessus tribunitiæq; plebis domi nium & viri rationalis siue literati suffragiis lucra & honores de cernuntur, iste præterea cœlorum defluxus mirabilem animi sen sum pietatemq; decernit.

Prӕterea ita genitos vt plurimum illo anno sapiẽtes, peritos, scribas, supputatores siue computistas principum faciet negocia pertractare, qui non sibi solum ex tali sapientia & ingenii sagacis solertia honoris insignia consequantur, sed etiam suis conquirant subsidia facultatum, quibus aliquo prӕsit magistratus honore efficietur autem ob varias negociationes plerunq; cholericus & iracundus. Item mercimoniis siue negociationibus, propriaq; virtute doctrina, sagacisq; genii dexteritate a potentioribus plus solito venerabitur. Tali etenim diligenti prudentia vtatur, vt apud magnos principes admodum acceptus alicuius magistratus officia altum gradum clari honoris, & cum diuitiis laudem assequatur ad literarum studia & ingenii culturã excitabitur, & propter eius doctrinam lucrigerӕ atque honorigerӕ legationis munera demandabuntur.

Sol ad □ ☿

HViusmodi occursus contra natum criminationes varias accusationes, malum nomen & infamiam concitabit, quippeq; illo anno fat litigioso multos mercuriales atq; primates viros suo magisterio & actionibus infensos audiet, qui de ipso perperã ablatrabunt, deiicieturq; de suis officiis mercurialibus, & coniiciet in lites & alterationes, sustinebitq; crebras atq; varias calumnias de falso crimine, seu scripturis, aut pecuniis adulterinis accusabitur. Animusq; nati grauibus perturbationibus implicabitur, & interdum cholerica alteratione conflictabitur.

Sol ad ☍ ☽

ISte luminum occursu nato oculorum aciem aliquantisper hebetabit vel cecucientem illum efficiet, aliquam ingeret alteratio nem acutam, dein phlegmaticam nõ sine capitis & stomachi cruciatibus, vel apoplexim & cerebri inuolutionem irritabit, genitrici aut vxori vel vtrique annum denotat insalubrem, aut vxorẽ dabit litigiosam, & inflato superbiӕ spiritu tumentem, atque imperiosam illo anno.

Solis ad ✱ ☽ natus illo anno res varias atque diuersa negotia potentiorum cum lucro & honore pertractabit, itinera lucrigera & honorata arripiet, quippe qui ab suo rege lucrigerę & honorigerӕ legationis munera ei demandabuntur, & secundam habebit fortunam in officiis atque magistratibus, & singulis pro pemodum actionibus suis laudabitur, & plus solito venerabitur, quin etiam ex patrocinio seu fauore & beneuolentia, tam homi-

num superioris ordinis quam vulgi atque mulierum. Decernitur præterea honestum ac liberale connubium, quippe qui pulchram ducet vxorem, alioqui filius vel filia virum aut de huiusmodi connubiis plurima fieret verba, pro genitrice & liberis, si tunc fuerint gaudia multa portenduntur. Erit igitur ille annus nato & suis letus, vtilis, fęlix, & salubritati accommodatus, præcipue si vtrunque luminare fuerit in vtroque themate a beneficis irroratum, & fęliciter collocatum, procul existentibus maleficorum hostilibus radiis atque congressu.

Sol ad △ ☽ ille, cuius erit genitura illo anno plurimos non obscuros sibi conciliabit amicos. ab rege seu regina vel principis præsidio lucrigeræ & honorigeræ legationis munera ei demandabuntur, vel aliquod sortietur in populos dominium, a quibus plus solito diligetur, & honorabitur, atque diuitiarum incrementa consequetur, suis insuper mulieribus admodum faustus atque alacris effluet annus.

Sol ad □ & ☍ ☽ huiuscemodi luminū occursus plerosque potentes viros nedum plebeos ita genito suisque actionibus admodum infensos prouocabit, cum mulieribus præterea, aut ipsarum gratia scaturient iurgiorum contentiosa certamina ob zelotypiā atque inuidiam, siue quampiam muliebrem libidinosamque causam vulgi insuper, vt supra diximus, odium contra natum concitabitur, quinetiam obloquutiones, calumniæ, seditiones, & mutuæ simultates, non sine grauibus dispendiis, & nigra nominis nota. Dedecus enim aliquod natus incurret illo anno ob libidinosam nefandamque venerem. Eritque directio nedum ita genito infausta & lugubris sed matri & sororibus.

Eius archana secreta in lucem proferentur, atque detegentur, & natus illo anno ad magnam deducetur calamitatem & vitæ discrimen.

Eius denique statum iste occursus faciet varia ratione turbari, & mutari, quippe quod interdum lucra quæpiam, interdum vero graues fortunarum iacturas obiiciet, vt sit eius conditio valde ambigua. qui modo locuplex & perniciosus abundet & exultet modo egenus misera vitæ subsidia hostiatim quærere & efflagitare cogatur illa anni intercapedine, in peregrinationibus grande aliquod infortunium decernitur. eritque occursus admodum infaustus & infestus oculis. efficietque interdum vt misero ægritudinis cumulo atque contractione corpus dedecoretur. Genitrici, si

tunc vixerit, vel vxori & sororibus annus effluet lugubris, & valde insalubris, & fortasse perniciosus, aut ipsorum gratia litigiosus, & valde inutilis.

Sol ad ☊ iste occursus ☉ ad nodum boreum, quem draconis caput appellant, ita genitum reddet gratum, & acceptum primatibus, quorum ope & opera ad dignitates & publica munera promouebitur. annus igitur apud potentiores erit gloriosus, vtilis, oportunus, saluberrimus, atque nimium fęlix, patri, vel quem eius loco habuerit, erit etiam accommodatus.

Sol ad ☋ nodum austrinum, quem draconis caudam vocitant neoterici aduersabitur nati honoribus, & officiis, minaturque aliquid dedecoris, fortunarum iacturas atque dispendia, & in oculis pręcipue dextro nonnihil impedimenti, phlegmaticam siue melancholicam febrem atque pestiferam nullatenus spernendã, dissynteriam, hoc est ventris profluuium, prąuideatque sibi natus ita ne veneni pocula porrigantur, & loca fugiat cõtagiosa, si qua tũc fuerint, si vitam habuerit charam: genitori annus etiã erit insalubris, & perniciosus.

SOL ad stellas fixas.

SOL ad rigel fixam primi luminis stellam de natura ♃ & ♄ complexione, in pede Orionis collocatam denotat quatenus ita genitus illo anno efficietur audax, terribilis, insolens ad homicidia solito propensior, factiones excitabit, atque factiosos fouebit, inimicos potentes sibi nimium infensos prouocabit, aduersis quibusdam infortuniis affligetur, circa opes cumulandas sollicitabitur, venationes neutiquam postergabit, saturniorum insidias effugiat. Iuppiter ab hisce periculis imminentibus tuebitur, duce prudentia, genitori vel quem ipsius loco habuerit, fortuna erit iniqua nouerca.

Ad anteres cor Scorpii secundę maiestatis de complexione
cor m ♂ & aliquantisper ♃ claros decernit honores, sed ita genitus illo anno cautius agat ne incautus a martialibus decipiatur, & in oculis pręcipue dextro aliquid sinistri patiatur.

Ad algomeysam primi luminis fulgentissimam stellam fixam de natura ☿ & qualitate ♂ nato altam in re militari dignitatem atque imperiosam decernit prærogatiuam, postquam varias contentiones, inuidias, dispendia, & potentioris cuiusdam mercurialis atque martigenæ odia, & acerbas indignationes perpessus fuerit illo anno.

Ad

☉ Ad vraniscum primæ maiestatis atque luminis fulgentissimi q̄ cor Leonis fixam, regiam quippe stellam de natura seu complexione ♃ & ♂ appellant, annua illa intercapedine denotat ꝙ ita genitus tanta erit regia quadam maiestate & dignitate auctoritateq; præfulgidus, vt per multas variasq; regiones sui nominis fama percurrat atque passim promulgetur, annus igitur erit honoriger, vtilis, & vsquequaq; fœlicissimus nato, patri, & suis ferme omnibus consanguineis, sed ægritudinem acutam vtrique non tamen exitiosam.

Sol ad ✳ fixas.

AD rasalgense secundi luminis stellam fixam de complexione seu natura ♂ & ☿ nō mediocrem pro factionibus gradum nato contribuet, astu enim ingenio & sagacitate præualebit, verum causa pecuniarum aut ex pecuniis adulterinis seu fœnore vel mercibus bonorum honorisq; iacturam patietur, immo carceris aut exilii incommoda ita genitus experietur illo anno.

Ad aldebaram primæ maiestatis stellam fixam, quæ ♂ & ☿ naturam sibi arrogat fœlicis fortunæ dabit initium, illo siquidem anno potentioribus præcipue mauortiis & mercurialibus adhærebit, & cum principibus martialibus commertium inibit honorigerum in rei militaris disciplina, lucrorum copiosa præsidia, honoris insignia, & laudem assequetur, sed exitus erit tragicus, seu dedecorosus, cum omnimoda fortunarum iactura, vel carceris, aut exilii incommoda experietur.

Ab iugo seu Libra ad chelas Scorpii exhalma, hoc est ☉ saltus ad finem Libræ ♂ terminum & initium Scorpii Saturni fines per debitum athazir ductus nati honoribus detrahit, & officit valetudini corporis, obnunciat siquidem nato & genitori, si eum habuerit febrem acutam atque venenosam, & in aquis grande aliquod naufragii & vitæ discrimen, nihilo tamen secius apud homines mauortios natus illo anno aliquam assequetur cum ingenti laude expectationem, annus deniq; partim bonus, partim vero malus.

Sol ad spicam Virginis primi luminis atque maiestatis de natura ♀ & ☿ & paulisper ♃ in horoscopo partiliter supputatus, ita genito, parentibus & liberis, si quos fortasse habuerit, altam conferet dignitatem, fascesq; primarios cum diuitiarum affluentia, rerumq; omnium vbertate & ferme omnia fœlicitatū genera adeo quidem ꝙ sæpius admiretur, qua ratione ad tanta rerum culmi-

mina peruenerit, sic repente primarios quippe magistratus, & cum honoribus amplissimis opes affluentissimas fuerit consecutus, immo nos plerunq; audiuimus & vidimus plerosq; degeneres ex infimo gradu homines ad summa rerum fastigia & supremum in ecclesia gradum elatos fuisse, cum vitæ necisq; potestate.

Quis stellæ huius fulgentissimæ decreta plene posset exprimere, quæ nunquam tragicum sortietur exitum.

AD spicam item Virginis directio ☉ deuoluta, præsertim in summo cęlorum apice supputatam, ita genito, patri & liberis maximas decernit fęlicitates, & in ecclesiasticis tantas & tales prærogatiuas & fasces primatios cum opibus affluentissimis, vt omnes ne dum ipse sępius sint admiratione digni, quonam pacto sic repente ad illas peruenerit fęlicitates. Quis igitur humano ingenio & lingua spicæ Virginis in culmine cęlorũ partiliter supputatæ decreta planius ac plenius enunciare posset? nam magistratus semper primarios, hęreditates maximas condonasse obseruata est. Viuat igitur letus ita genitus & non pigeat ipsum expectare huiuscemodi exaltationes atq; fęlicitates. Gaudeant quoq; sub tali sydere nati & geniti non ex parentum genere, sed stellarum fortitudine. Hæc stella fulgentissima nunquam malum exitum obnunciare cõsueuit, cũ sit de natura ♀ ☿ & parumper ♃.

☉ Ad fixam in oculo siue cornu Tauri meridiano de natura, seu qualitate ♂ & ☿ insinuat quatenus sub tali sydere genitus illo anno militaria negotia pertractabit, & cum astu exercebit, & plurima machinabitur atque reperiet stratagemmata. sed hostiũ insidias experietur & vitæ pericula, illo anno ad hosticas manus perueniet, circa opes congerendas, & aliorum diripiendas inhiabit.

☉ Ad vergelias siue pleiades de natura ♂ & ☽ honor non bene cadens decernitur, oculorum acies debilitabitur, siue vtriusq; hebetabitur & alicuius ignominiæ labem siue infamiam subibit, & patri si tunc vixerit stragem obnunciat.

Solis occursus ad duos asellos ☉ & ♂ qualitatem atque naturam non abnegantes denotat infaustum & insalubre tempus atq; acutissimam febrem vel aliquod incendium satis cum vitæ periculo, & fortunatum atque honoris iactura summoq; dedecore, inimicorum martialium iras & odia experietur & nisi prudẽter cautum fuerit de capitis discrimine agetur. Aut oculus dexter illi eruetur, aut a carnifice in patibulo publice suspendatur, aut in perpetuis carceribus detrudatur. At si locum illum stellæ saluta

res irrorauerint, vel fęlicibus radiis illustrauerint, duce prudentia poterit hosce perniciosos cęlorum defluxus effugere, & aliorsū diuertere.

☉ Ad præsepe stellam nebulosam, siue nubilosam in pectore ♋ ♂ & ☽ naturam in profluuio imitatam denotat quatenus illo anno natus procliuior fiet ad rixas, iurgia, lites, & hominum strages, immo alicuius homicidii conscius efficietur admodum iracū dus, & cholericus, huiusmodi occursus admonet, vti præcauere debeat ne ex ferro vel igne, aut ictu lapidis, siue tormentalis machinæ interficiatur, aut quapiam cōfusione oculorum aciesferuatur. Martialibus præterea negotii implicatus effugiat loca in quibus tormentales machinæ traiiciuntur, ne caput à ceruice dissocietur, aut ob iram principis amputetur, vel prudenter agat, ni volet exilii incommoda aut in carceris atrocitatem & brachiorū tormenta experiri vel ad triremes perpetuo deputetur, aut a pyratis dilanietur.

Sol ad ⊕

AD ⊕ partem fortunæ, quæ a veteribus astronomis archetipos nuncupabatur directio decernitur nato leta, vtilis, & honorata, & ab aliquo principe largitiones & munera, natus illo anno consequetur, rerum quippe immobilium vberiorem copiam, vtpote mundam atque preciosam supellectilem, cum honore maximo, præsertim si locus ille partis fortunæ fuerit ab Ioue fęliciter irrigatus, procul existentibus maleficorum planetarum radiationibus. Illud idem portendere videtur locus dęmonis, & eius hospitator fęliciter collocati.

Ad ⊕ partem hæreditatis directio ☉ deuoluta aliquam decernit hæreditatis portionem, & lucra ab insperato vel sine sudore, tantaq; ei affluet diuitiarum copia, vt aliis locupletior habeatur atque plus solito fęlicissimus reputetur.

Ad partem regis dignitatem honores, potentiam, & altum gradum pollicetur potentioris præsidio adeo q́ a multis tanquam princeps plus solito venerabitur, eiusq; iussiones audientium turba pertremiscet, & exequi non denegabitur.

Ad partem siue locum connubii si illo anno natus vxorem non duxerit, aliquod aliud connubium procurabit, siue nuptias celebrare faciet, & plurimum cura coniugalis actus detinebitur, qui cum vtilitate & fęlicitate perficientur, aut filius si quem habuerit, vxorem ducet, vel filia virum.

Ad ⊕ partem vitæ & filiorũ ita genito liberis si quos habue-rit optimam corporis valetudinem, & prosperitatis cõmoda pol-licetur & gaudia: annus denique pro liberis seminandis, & edu-candis erit idoneus, & vtrique genialis.

Ad ⊕ militiæ honores magnos pollicetur extra patriã in rei militaris disciplina, non sine multorum odio & inuidia.

Ad ⊕ audaciæ natus illo anno ob animi sui magnitudinem, audaciam,& magnificum aliquod facinus, claros honores & lu-crorum copiosa præsidia a potentioribus pollicetur,& plus soli-to venerabitur.

Ad partem inimicorum natus illo anno in litibus siue negotiis aduersariorum vt Cancer in Cancris implicabitur, ab hostibus detrimenta & insidias excitabit huiusmodi occursus & cum potẽ tibus iurgia, si ♃ aut ♀ locum illum irrigauerit iouialium aut inclytæ mulieris præsidio ab hisce malis eripietur, & tandem cũ honore præualebit, sientq; cum aduersariis pergratæ conciliatio nes,aut ipsorum insolentia conculcabitur.

Ad partem azemenæ seu infirmitatis alicuius membri lesionẽ siue obtruncationem obnunciat & grande aliquod impedimen-tum,& in oculis præcipue dextro aliquid sinistri.

Ad ⊕ partem itineris directio Solis deuoluta illo anno decer nit itinera siue peregrinationes visendi orbis studio vel religio-nis, & voti persoluendi gratia, si ipsa pars & eius hospitator fue-rint bene affecti, itinera erunt idonea,sin male,infausta.

Solis per domos cęlicas progressio.

AD horoscopum denotat quatenus plerique hostes occultĩ vltra nati amicitiam illo anno expostulabunt, & serui fient plus solito obsequiosi,& natus ita quadrupedibus magnis præci-pue equis aut mulabus oblectabitur,sed a tauris,apris & siluestris animalibus indomitis sibi præcauendum fore admonet.

Sol ad secundam domum geneseos multa dabit dispendia ho norigera, si in eadem cęli statione fuerint stellæ salutares,vel fę lices radii multo maiora aderunt compendia & lucrorum copio sa præsidia.

Solis progressio ad tertiam natus itinera quædam breuia arripiet religionis aut voti persoluendi gratia,vel suos fratres,sorores, & consanguineos reuiset, si in eodem contubernio fuerint stellæ

salutares, aut radios traiecerint beneficos itinera erunt fausta, sin maleficæ, infausta & ingrata.

Ad quartam domum ☉ directio, si fuerint in ea, vel irorauerint benefici planetæ, natus illo anno reperiet aliquid boni subhumatum, vel ædificium aliquod fabrefacere iubebit: eritq; ad agrorum & pomeriorum culturas solito procliuior. Natus item rei rusticæ plurimum inseruiet, operamq; nauet ædificiis, & ex ea lucrum & denique laudem consequetur illo anno.

Si ibidem fuerint stellarū malefici intuitus ex rebus stabilibus detrimenta aderunt, nam si falcifer male affectus, aut eius radii hostiles a rusticis damna portēdunt, vel aliquod ædificium corruet, & ipse natus & pater, si tunc sit, graui ægrotatione conflictabunt, & quidē chronica, si ibi ♂ fuerit peregrinus in ædibus aut agris damna aderunt, ex aliquo incendio casu perpatrato a militibus siue hostibus, & ita genitus atque genitor, vel quem eius loco habuerit, ægrotatione acuta torquebuntur, aut ex ferro vel igne vulnera degustabunt, aut oculorum præcipue dextri aciem desiderabunt, ex aliquo ictu seu contusione acies oculi dextri debilitabitur.

Sol ad quintam domum bene affectam filiis vel filiabus letam sortem pollicetur, & ab ipsis gaudia. eritq; natus ita ad sobolem seminandam in venereas voluptatum illecebras, & lauta cōuiuia solito propensior illo anno, vel sibi nepos nascetur siue neptis, sed si in eadem cęli statione fuerint maleficatum planetarum radiationes, filius vel filia ægrotatione graui conflictabitur.

☉ ad sextam seruis vel ancillis oportunus fiet, ex quadrupedibus paruis lucra aderunt, sed natus & si sit genitor ægritudine laborabit neutiquam spernenda.

Sol ad settimam domum nato ægrotationem aduersam obnūciabit, & inimicos publicos suo marte funditus pessundabit, & aliqui fient amici, aliquod item connubium procurabit siue nuptias celebrare faciet, vxor si quam habuerit, acuta ægrotatione torquebitur illo anno, vel cum ea lites & iurgia scaturient ex zelotypia conceptæ.

Sol ad octauam domum ex dote vxoris vel rebus hæreditariis erit anxius, & cogitabundus plerunque de morte, vel lugubris ex interitu genitoris, & propter res hæreditarias iurgia, & lites scaturient illo anno.

Solis ad nonam domum directio denotat quod natus longū iter arripiet ad summum pontificem siue regem iussu ipsius, honorificæ & lucri geræ legationis munera ei demandabuntur, sin minus peregre proficiscetur voti persoluendi, aut religionis gratia, alioqui illo anno visendi orbis studio, peregrinabitur cum maximis dispendiis, & a quaprupedibus non nihil pericli. Ast si in nona domo fuerit signum aqueum, & ab maleficis stellis sauciatū, huiuscemodi itinera longa in aquis maritimis erunt discriminosa, ex naufragio vel piratarum rapinis damnosa, & in triremibus carceris incommoda. At si in nono cęli templo fuerint benefico rum radii, tam in aqueis quā m terrestribus peregrinationibus fortunabitur, & genio inseruiet, & nihil pericli neque incommodi experietur.

☉Ad summum cęli apicem directio contribuet nato honores amplissimos ab rege, vel alicuius magistratus officia, mirandam sane expectationem atque dignitatem supra stirpis conditionem, ibitq; reuisurus genitricem, vel inclitam mulierem. At si in M.C. supra terram Sol progrederetur, & in eodem summo cęlorum culmine fuerint maleficarum stellarum radii vel præsentia ♂ aut falciferi illo anno natus ob regis vel principis iram carceris aut exilii incommoda experietur, vel brachiorum tormenta. Sin beneficæ stellæ ibi fuerint, vel aspexerint magnos honores conferibuent.

Sol ad vndecimam plurimos & quidem non obscuros sibi cōciliabit amicos, & a ministris magni regis venerabitur, & copiosa lucrorum præsidia sortietur votorum ferme omnium compos.

Solis ad xii. cęli stationem progressio multos contra natum hostes infensos prouocabit, insurgētq; multi qui semper de ipso perperam ablatrabūt, inuidiæq; stimulis exagitati maledicere nō cessabunt, licet clanculum, in magnis quadrupedibus lucrabitur, tamen carceris aut exilii incommoda experietur, vel quorundam suorum captiuitate vel exilio merebit illo anno.

LVNAE directiones ad ♄ ☌

Ex directione ☽ ad congressum ♄ diurna genitura decernūtur nato mœrores, iræ, luctus, tristes cogitationes, curæq; grauissimæ, quæ omnes impetus animi, & singulos actus perturbāt, & impugnant, & nati corpus illo anno debilitabunt, febres melācholicas seu phlegmaticas excitabunt.

In nocturna vero genitura occursus ☽ ad ☌ ♄ omnia infe

licitatis genera portendit, & cuiusq; mali exitium, chronicas ęgritudines, & oculorum præcipue sinistri aciem hebetabit, genitrici quoque & vxori mortem aut grauem corporis discrasiam obnunciat, maternaq; substantia aliqua ex parte dissipabitur. At si Iupiter locum illum progressionis irrorauerit, vultu quo cęlū tempestatesq; serenat, omnia quæ enunciauimus malorum genera prorsus elanguescent, præsertim si anni illius conuersio nō fuerit comaculata, & Luna non sit aphesis.

☽ ad □ ♄

Lunæ ad □ ♄ progressio natum rediget in suis negotiis pigrum, inertem, & tardum, excitabitq; ipsum ad tristes atque melancholicas cogitationes, quibus vtplurimum perturbatus facile in humorum redundātiam, & febrem incidet phlegmaticam, implebitq; animum nati variis curis atque solicitudinibus & anxietate quam mentis ægritudinem corporis languor necessario insequitur. Illo insuper anno plurima vndique confluent infortuniorum genera, & bonorum detrimenta, a rusticis & seruis furta, rapinæ, & expilationes, vel odio saturnini principis, bonorum proscriptio conclamabitur, matris substantia dissipabitur, vel si ipsa tunc vixerit, diem suum obibit, vel grauiter ægrotabit.

Huiusmodi præterea Lunæ directio ad □ ♄ insalubris nato chronicam minatur ægrotationem, malis si quidem humoribus fatigari corpus faciet, aderuntq; ei pęnæ multis variisq; modis, & plurima hinc inde confluent detrimenta.

Si ☽ fuerit in summo cælorum apice quando ad ♄ □ peruenerit ledetur in capite, & in corpore debilitabitur. Acerba item periculorum genera, ex malignis enim humoribus grauis ægritudinis indicit exitia, eritq; annus ille pernitiosus potiusquam salubris, si ☽ fuerit aphesis, si ☽ fuerit in signo fęmineo, & in culmine cęlorū ad ♄ □ deuoluta, mater si sit, vel vxor erit in magno vitæ periculo, ita q; erit de ipsarum interitu verendum, & annus lugubris effluet, vel vxor & natus ita filiorum gratia merores experiteur acerbos, eruntq; mutuæ inter eos simultates ob zelotypiam vel coniugem repudiabit, quoniam imponet capiti cornua longa suo. eritq; natus illo anno ab omni filiorum atque amicorum præsidio destitutus: & si genitrix vixerit contra eam irascetur, eumq; obiurgabit, quippe qui non fiet illi', vt par est, obsequiosus.

Lunæ directio ad ☍ ♄ excitabit nato turbationes, & animi

atq; cerebri inuolutiões, quin mẽtis alienationes, merores, tristitias, melancholicasq; cogitationes, implicabitq; natum illo anno multis variisq; curarum cumulis, solicitudinibus, quibus admodum perturbatus, & vndiq; perplexus facile in ægritudines incurret ex praua humorum redundantia, immo ♄ si fuerit dominus septimæ vel octauæ aut in eisdem domiciliis male affectus illo anno natus gonorrea, tenum debilitate, siue arenali morbo, ernia, & podagra conflictabitur cum phlegmatica ægrotatione & in oculis præcipue sinistro aliquid sinistri, & si ☽ erit male etiam a marte sauciata, vel sub radiis solaribus clarum illius lumen miseræ cęcitatis tenebra obumbrabitur, aut vitæ pernitiem inferet, si ☽ ad falciferi diametrum deuoluta fuerit in signis quadrupedibus ex huiuscemodi animalibus calcitrosis vel cornutis periculorum discrimen afferẽt. Si in signis ferinis ☽ fuerit diametro intuitu vulnerata ex feris siluestribus, aut venenosis serpẽtibus magnum pericli exitium decernitur, Si in humanis asterismis ☽ fuerit a Saturni diametro sauciata ex hominum insidiis varium calamitatis exurget excidium. In aqueis vero ex aquarum fluctibus siue inundationibus imminebit naufragii discrimen, alioqui ex malignis humoribus miserum pestilentiæ discrimen affertur, cum saturninis & plebeis scaturient lites, rixæ, iurgiorum contentiosa certamina, odia, & mutuæ simultates, atque fortunatum detrimenta, ita q; illo anno patriam deserere coactus erit, & in aliena patria egenus vitam degere, materna substantia labefactabitur, & peculii detrimenta aderunt ex rusticorum & seruorum rapinis & dispendia compendiis multo maiora. Genitricem præterea vel coniugem varia dolorum & latentium ægritudinum continuatione debilitabit, aut eas peruersorum malorum tristitia inuoluet cum mortis discrimine. Si ☽ & ♄ non fuerint salutarium syderum radiatione irrorati, matrem aut vxorem in honesta corporis turpitudo de decorabit illo anno.

☽ ad ⚹ vel △ ♄

HAec inambulatio natum rediget pronum ad ædificia & expedienda ea quæ spectant ad agrorum culturas, & res hæreditarias atque arduas, opes cumulandas anxium, & puteos effodiendos & hortos irrigandos cum colonis siue agricolis consortium decernit vtile & honorigerum, quin etiam ita genitus cum senescentibus amicitias inibit, & ambire cupiet illa anni intercapedine, si ☽ fuerit plena luminibus ipsum viris potentioribus

prospe-

prospera fęlicięq commendatione conciliabit, & ei magnæ glo-
riæ decernuntur insignia, cum vidua seu vetula diuite consortiū
inibit vtile & non ingratum atque honorigerum. Præterea si ☽
fuerit luminosa vtilitatem decernit, & a nobilibus & a plebeis &
apud illos bonum nomen. item ex quadrupedibus & agris atque
pomeriis lucrorum copiosa præsidia sortietur.
Pro genitrice, si tūc fuerit, aut vxore annus erit mage oportunus
quàm infaustus aut lugubris.

☽ ad ☌ ⚹ △ ♃

Lunæ aphesis ad congressum vel fęlices ♃ radios ita genitos facere consueuit letos, alacres, iucundos, quæ si fuerit in ♊ ♎ ♒ quæ dicuntur signa sanguineæ complexionis, nato valetudinem & optimam corporis complexionem, hilaritatem, & mentis serenitatem contribuet, redigetq; illo anno tales qui studeant magnis mulieribus blandiri gestu, sermone, incessu, & omnibus modis cōplacere, populis prodesse, & nemini obesse. Erit præterea natus ita ad relligionē solito propensior, erga pauperes & afflictos, præsertim virtute præditos munificus, pius, clemens, fidelis, iustitiæ, pietatis, atque modestiæ cultor, sed honoris & gloriæ cupidus, & mundiciarum amator. Huiuscemodi cęlorum defluxus salubris, fęlix, & gloriosus dabit diuitiarum incrementa, siue lucrorum copiosa præsidia absque nimio labore magni iouialis patrocinio, honoris insignia, siue altitudinem, siue officium, aut beneficium vtile & honoratum, alioqui in populos iurisdictionē, & lucra ab insperato. Quin etiam lucrigerę atque honorigeræ legationis munera ei demandabuntur, vel potentis cuiusdam administrationis licentia subleuabitur.

Luna insuper luminibus plena efficit claros notitia nobilitatis ornatos, qui de se boni nominis & famæ testimonium perhibebunt illo anno, & liberis fęlicitatem.

Iste præterea cęlorum fęlix defluxus ita genito & matri si tūc vixerit, vel vxori, aut sorori salubritatem corporis, animi tranquillitatem & gaudia contribuet. Si quidpiam alterationis, siue discrasia nato acciderit erit perquam facilis conualescentiæ. & si ita genitus venerem fęmineam non defraudauerit perpulchram sobolem feminabit, masculam si fuerit in signo masculino, fęminam in signo fęminino.

Si ☽ fuerit in ♈ ♌ ♐ signis cholericis, natum excitabit ad irā pronum, redigetq; audacem, & temerarium, si in ♉ ♍ ♑ signis

melancholicis animi perturbationes & melancholicas curas ipsū prouocabit, in ♋ ♏ ♓ phlegmaticis signis rediget natum, inertem, somnolentum ad omnia munera subeunda tardum, & multis humoribus fluentibus nati membra complebuntur. Illo anno natus erit pius, clemens, iustus, ad religionem solito propensior puritatis amator cum seueritate quadam. Lunæ directio ad □ vel ☍ ♃ denotat ꝙ ita genitus illo anno erit talis qui nunq̄ velit alienis subiacere potestatibus, sed aliis fidenter resistere audeat, & propria virtute magnam sibi famam vendicabit, & vbiq; prudens atque sapiens reputabitur, viuetq; suo non autem alterius consilio. Magnorum negotiorum officia pertractabit, in populis sui notitiam insinuabit egregio famæ testimonio decoratus, non parua lucrorum & dignitatis insignia consequetur.

Luna luminibus plena nato principalia dignitatis ornamenta decernit iouialium patrocinio, eiusq; vitam clara potestate nobilitabit. Luna autem lumine diminuta in emolumentis & dignitatibus quasdam minatur difficultates, facierq; natum variis & quidem arduis negotiis implicitum, eiusq; animum repugnantibus affectibus fluctuantem, sua tamen constantia & probitate spretis, liuidorum atque inimicorum præcipue iouialium impugnationibus diuitiarum incrementa, & aliquam sortietur dignitatem ecclesiasticam, non sine quadam difficultate & dispendiis, quosdam ecclesiæ prælatos & iure consultos ob inuidiam sibi infensos audiet, quippe qui de ipso perperam obloquentur, sed tandem fiet amici, & vltro suam amicitiam efflagitabunt.

Ex tali cęlorum occursu indicatur corporis discrasia, sed facilis conualescentiæ, excitare enim consueuit sanguineas quasdam humorum commotiones, a quibus confestim liberabitur ex phlobotomia, seu venæ apertura. Genitrix si sit vel vxor sanitate letabitur. pulchram ita genitus prolem seminabit, vel si quispiam ante susceptus fuerit filius illo anno locupletabitur, ad graduṁq; extolletur sublimiorem.

☽ ad ⚹ △ ♂

Lunæ directio ad fęlices Martis radiationes denotat quatenus ita genitus illo anno erit animosus, audax, fortis, imperiosus, in actionibus martiis sagax, industrius, atque agilis, animum habebit sedatum, ad ludos, siue hastiludia & cum martialibus & militū ductoribus suauiorem inibit conuersationem, honoris autem & victoriæ cupidus luxuriæ propēsior fiet illo anno, & ad eam ca

lidior maximo quodam affectu feratur oportet.

Annus ille licet interdum futurus sit litigiosus, tamen erit bene cadens & exitus honori idoneus siquidem in milites aliquod dominium sortietur, & mauortii principis auspicio dignitatis & vtilis officii accessionem expectabit, atq; crebra itinera paratus. Item ob singulares quasdam actiones bonum nomen famam, & expectationem acquiret, crescent prouentus, & magnæ potestatis insignia, siquidem in respublica primi magistratus conferentur, præsertim si ♃ aut ♀ Lunam & Martem fęlici radiatione illustrauerit. Mulierum gratia plurima aderunt dispendia, nihilo tamen maiora affluent compendia, ab equis enim aderunt detrimenta, & nonnihil aduersi, itinera peraget salebrosa, & rarenter otio torpescet.

Lunæ directio ad ☌ ♂ coitum siue congressum insalubris in fausta atque litigiosa excitare siquidem consueuit cū martialibus dissidia lites, iurgia, rixas, atque contentiosa certamina.

Si ☽ fuerit aphesis siue alcocodea, & ad ♂ peregrini cōgressus deuoluta ægrotationem excitabit acutam cum corporis debilitate & vitæ periculo, si non fuerit salutarium stellarum fęlicibus radiis irrorata.

Martis decreta dierum 15. intercapedine cōtinuantur & producuntur euentus.

☽ ad ♂ ☌

LVnæ aphesis ad ♂ congressum infligere consueuit ex ferro vel igne seu scloppo vulnera in capite vel insignes in capite cicatrices, alioqui in fronte secus oculos præcipue sinistrum ex contusione aliqua siue ictu lapidis, quin etiam ex quadrupedibus vel casu ab alto vitæ discrimina, a qbus si illo anno natus euaserit, in Dei optimi maximi auxilium referri debet, erit enim miraculo ascribendum. Mater, vxor, & soror, si tunc vixerint acuta ægrotatione laborabunt, vel genitrix viduabitur, aut ex sanguinis pro fluuio interibit, natiq; & parentum substantia dilacerabitur, frater etiam nati angustia cruciabitur non minima, & multis molestiis & laboribus implicabitur.

Lunæ ad □ ♂ progressio insalubris, litigiosa, & male cadens excitabit ægrotationem cholericam satis acutam siue paralisim, alioqui lesionem a quadrupedibus & in oculo sinistro cęcitatem ab insidiis aduersariorum natu. illo anno sibi præuideat ne in capite vulnera, aut in fronte cicatrix infligatur, secus oculum sini

ſtrum ne pupula eius eiiciatur. Iſti cęlorum defluxus erunt perni tioſiores ſi in illo ☽ & ♂ congreſſu peragrauerit ſub finibus ☿ & ♂ in finibus falciferi. Huiuſcemodi mala fortius conualeſcēt ſi ☽ fuerit anni regina. & in themate natali cio fuerit apheſis, & in conuerſionis ſtemate commaculata abſq; beneficarum ſtellarum patrocinio illo anno conclamatum erit de nati vita.

Lunæ occurſus ad ♂ ☍ heptagonā radiationem pernitioſus ita genito perperacutam ingeret febrem, inſignes alioqui cicatri⸗ces in capite vel facie, cum martialibus diſſidia atq; contentiones, a quadrupedibus calcitroſis præcipue mulabus detrimenta, & vi⸗tæ pericula, ſiue aliquam leſionem carceris aut exilii incommoda, in aqueis itineribus, præcipue maritimis naufragii diſcrimina, & a pyratis furta, rapinas, & expilationes, fortunarum dilapidationes item mauortios atque populares tumultus, illo anno profligabi⸗tur vel carcerabitur, a ſpiritibus malignis quandoque petterrebi⸗tur, ſiue dæmoniacis actibus affligetur, amputabiturq; ei aliquod membrum, ſeu publica animiaduerſione mulctabitur, ſemiuiuus ſepellietur. Semper enim ☽ apheſis ad ♂ diametrum, vel tetra gonum incuitum deuoluta abſque beneficarum ſtellarum præſi⸗dio facit tales qui grauibus his periculis implicabuntur, a quibus ſi natus ita euaſerit illo anno ad Dei optimi maximi auxilium erit referendum.

☽ ad ☌ ☉

LVnæ congreſſus cum ☉ acutam prouocabit alterationem, & in oculis nonnihil impedimenti. Genitrix ſi tunc vixerit, aut vxor, ſi quam habuerit, & filia nati in eodem verſabuntur di⸗ſcrimine.

Lunæ directio ad □ vel ☍ ☉ nati animum frequenter ad irā prouocabit, & cum plebeis & nobili muliere aut ipſarum gratia aduerſus natum irritabit odia, rixas, & iurgioſa cum nobilibus contentioſa certamina atque varios ſermonis tumultus, popula⸗reſq; ſeditiones, & contra natum illo anno magnatum ſimultates irritabit, non ſine multis diſpendiis atque dedecore, iiſq; de cauſis non mediocria mala parantur: erit igitur annus litigioſus, infau⸗ſtus, & inſalubris, quippe qui capitis dolore & vehementi febre acuta ita genitus cruciabitur, & vtriuſq; oculi acies fiet hebetior, genitrix vel vxor detrimenta & vitæ incommoda experietur, na⸗ti itinera & terris & aquis erunt infauſta, & in mercibus commu⸗tandis detrimenta.

☽ ad ⚹ △ ☉

LVnæ occurſus ad ⚹ vel △ ☉ denotat quòd natus illo anno cum potentioribus conſortium habebit ſatis vtile & honori gerum & altæ mulieris patrocinio lucrorum copioſa præſidia, & a populis plus ſolito venerabitur, honoris item & victoriæ cu pidus officii cuiuſdam occaſionem expectabit, fiet ditior & locupletior pinguioris quidem fortunæ, magni cuiuſdam principis & inclitæ mulieris amicitiam inibit lucrigeram & honoratam, & cum eis letus ſuauiter viuet, abſtrege munera vel officium vtile ſortietur, dignitatis quippe inſignia ei condonabuntur ob eius ipſius prudentiam, modeſtiam, atque præclaram genii ſui naturā, eritq; ad venereas voluptatum illecebras admodum propenſius cū ingenuis mulieribus, ſed res arduas neutiquam poſtergabit, vt principibus placeat, filiorum laude gloria, & fœlici ſorte letabitur, ſi quos habuerit, huiuſcemodi directio erit vtilis, glorioſa, & ſalubris ita genito, genitrici & vxori, in peregrinationibus, ſiue extra natale ſolum venerabitur, & genio indulgebit, fietq; votorū ferme omnium compos, præcipue ſi Iuppiter aut Venus locum illum illius progreſſionis irrorauerit, & ipſa Luna apheſis in vtroq; themate fuerit bene affecta, neq; Sol fuerit peregrinus, aut hoſtilibus maleficatum ſtellarum radiis illo anno cōmaculatus.

☽ ad ☌ ⚹ △ ♀

LVnæ directio ad congreſſum, vel fœlices ♀ radiationes ita genitum ad iocos, luſus, gaudia, muſicam, lauta conuiuia, bibitiones, & venereas voluptatum illecebras ſolito propenſiorem rediget, illo anno etiam natus nouo capietur amore, aut reuiuiſcent veteris veſtigia flammæ, erit modicæ fornicationis, vel in concubitu impotens, ſeu viribus imbellis, animo autem nimium procax & accliuis ad impuritatem varioſq; concubitus, eritq; ab omnibus propemodum curis atque ſolicitudinibus, præterquam zelotypiæ ſolutus. Huiuſcemodi præterea Lunaris ad ♀ occurſus homines facit illo anno muliebri ornatus elegantia compoſitos, letos, alacres, ridentes, hilari vultu, munditiarum amatores, qui gemmis pretioſis, annulis, atque catenis aureis, rebuſq; odoriferis oblectabuntur, alienas item vxores appetentes adulterii crimen perpatrare non erubeſcent, vxor vero, ſi quam habuerit, alieno concubitu eis pares vices reddere non dubitabunt, ex liberis, ſi qs ei fuerit, letitiam habebit.

Iſte cœlorum fœlix occurſus ad ♀ natum conciliabit alicui

pulchræ mulieri, & formosis adolescentulis. cum venereis etiam ipse iocosus, suauis summa cum hilaritate, & mutua amoris vicissitudine conuersabitur, & pro coniugio efflagitabitur, vel vxorē ducet venustam, charam, atque pudicam, sobolem quoq; formosam seminabit, vel suscipiet, genitrici, si tunc vixerit videtur fęlix defluxus in bonis tum animi tum corporis. Ita genitus illo anno inclitæ mulieris præsidio, lucrorum copiosa præsidia consequetur, & cum maiori fęlicitate prosperis augebitur incremētis, pręcedentibus quippe bonis, meliora decernuntur tempora, fietq; natus ita multæ magnæq; expectationis & fame cum optima corporis valetudine, & omnimoda mentis atque animi tranquillitate, præsertim si in nocturna genesi Luna fuerit luminibus decrescens, vel crescens in diurna, hæreditatis cuiuspiam consequendæ promotionem cum ingenti desiderio expectabit.
Alioquin legationis lucrigeræ & honorigeræ munera ei demandabuntur, & vulgus quoq; natum magnis prosequet̄ honoribus. Erit denique letum, salubre, & commodum tempus, præsertim si Luna in vtroque themate fuerit bene affecta in suo domicilio vel altitudine, aut finibus venereis, siue iouiis, quando per debitum athazir peruenerit ad ♀ coitum, vel radios fęlices, procul existentibus maleficorum hostilibus radiis.

☽ ad □ ☍ ♀

LVna illo anno dulciloqui sermonis gratiam præstabit ita genito, qui genium non defraudabit ad venereas voluptatum illecebras solito propensior, alienos concubitus cum ingenti desiderio inhiabit, causa puellarum & adolescentulorum variis afficietur dispendiis & dedecore, quippe qui propter fornicationes turpesq; concubitus infamiam aliquam nigramq; nominis notā sentiet, cum venereis præterea vel ipsorum gratia rixas, lites atq; simultates ex amore atque zelotypiæ titillationibus conceptas, nam vbi amor ibi & zelotypia, vbi nullus amor, nulla est quoq; zelotypia.

Occursus præterea Lunæ aphesis ad ♀ □ vel ☍ infęlices nuptias obiiciet, & ex connubio natus illo anno nullo fęlicitatis ordine sublenabitur vel ab vxore iniuriam aliquam experietur, quādoquidem marito parum obsequiosa dominari cupiet, vel maritus vxorem odio prosequetur & quidem mutuo.

Ast si ♀ fuerit bene affecta quando Luna ad eum peruenerit

vxor viro purum seruabit amorem, sobolem, si quam fortasse susceperint, perniciosa ægrotatione conflictabitur, vel misera morte prostrata iacebit illo anno. Et ita genitus ex nimio coitu post crapulam humorũ varias commotiones sentiet, & gonorrea, hoc est humani seminis profluuio cruciabitur.

☽ ad ♂ ✶ △ ☿

LVnæ directio ad ☿ congressum vel fœlices radiationes natos facere consueuit eloquentes, facundos, ingeniosos, sagaces, callidos, versutos, qui astutam vapido seruant sub pectore vulpẽ, interdum mendaces atque inconstantes, eorumq; consilia hac & illac vana cogitatione mutantur, eorumq; animus pauli momento huc atque illuc impellitur, in scripturis & mercibus commutãdis varia erit fortuna, ad literarum studia propensiores & musicam, & mathematicas disciplinas neutiquam postergabunt, & in eis multum proficient, & si tunc stilbon fuerit in culmine cœlorũ ita genitos rediget optimi consilii, elegantis facundiæ, eorum quippe conceptus eleganter enunciabunt, ad quascunque scientias perdiscendas præcipue mathematicas admodum idoneas & propter ægregias genii dotes varias potentiorum negotiationes expedient, & cum mercurialibus & plebeis commertium habebunt vtile & honorificum, affluent quippe lucrorũ copiosa præsidia longe vberiora dispendiis, & a longinquis religionibus placitura audient, a nobili muliere lucra aderunt, & a plebeis honores quandoquidem reipublicæ negotia fideliter pertractabunt: & ita genitus illo anno plurimos mercuriales sibi conciliabit a quibus lucrabitur & honorabitur illo anno, præcipue si stilbol ipse fuerit in Geminis aut Virgine fœliciter ab Ioue, aut Sole illustratus.

☽ ad □ vel ☍ ☿

LVnæ aphesis directio ad hosticas ☿ radiationes deuoluta natum a bonarum literarum studiis auertere faciet & ab eruditorum hominum consortio discedere, cum facinorosis autem conuersari neutiquam erubescet, suaq; mentis atque consiliorũ instabilitate fulcitus prauæq; opinionis deceptor & mendax obstinata mente cum molesta quappiam sermonis facundia suam perfidiam obnixe tueri conabitur.

Iste insuper concursus contra natum ipsum iras mercurialium effrenatæq; multitudinis impetum populares quippe seditiones, metuendaq; discrimina alicuius doli perpatratiq; sceleris nefandi causa, veluti ex falsis scripturis seu contractibus prauis, aut pecuniis adulterinis, seu publico quodam fęnore, in cetu publico eũ maligna vox populorum insectabitur, qui ob atroces & crebras brachiorum torturas, & animo & verbis abiecta timoris trepidatione, scelus illud fędumq; facinus ore proprio & alta voce profiteri coactus erit, perpatratiq; criminis noxam subire cum omni moda fortunarum iactura, summoq; dedecore.

At si malefica quapiam stella Mercurium de □ Lunam vero de ☍ inspexerit, ita genitos in facinoribus eorum detectos cogit attis carceribus mancipatos in vinclis atque compedibus alligatos capitis subire discrimina, alioqui ob humanæ fragilitatis pieratem exules in breuibus gyaris aut triremibus destinati miseram cogentur ducere vitam, præsertim si anni eiusdem rex fuerit cõbustus vel peregrinus & annus radice dissimilis: verũ si benefica Iouis stella Lunam vel Mercurium aut vtrumq; salutaribus radiis inspexerit, ita genitus illo anno ab huiuscemodi infortuniis liberabitur.

Cęlestia signa. ascensionũ { lõgarũ. rectarũ ♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐
breuiũ. obliq. ♑ ♒ ♓ ♈ ♉ ♊ }

Recta meant, obliqua cadunt a sydere Cancri,
Donec finitur Chyron, sed cætera signa
Nascuntur prono, descendunt tramite recto.

Homines naturaliter viuere possunt, donec aphetarum directiones insignis breuium ascẽsionum peruenerint ad ipsorum ⚹ □ △ radiationes, in signis vero longarum siue rectarum ascensionum nonnisi ad ⚹ vel □ nullatenus tamen ad △ tetragonas radiationes.

☽ ad ⚹ vel △ ☽

☽· aphes: ad ☽· Lvnæ aphesis directio ad suosmet fęlices radios denotat quare renus ita genitus illo anno res varias atque diuersa negotia solerter absoluet, nihilominus plerunq; reiterationem & nouam lucubrationem expostulabunt. sed iam tandem in cunctis fere actionibus suis letam sortem expectabit, luxuriæ auidulus fiet, & cum quodam affectu atque desiderio ad impuritatem accliuis.

Ad

Ad itinera solito propensior erit toto ferme illo anno, & extra patrios lares lucrabitur & venerabitur, & gloriæ cupidus officii siue dignitatis occasionem expectabit, & a populis atque genero sa quadam muliere aduenient ei lucrorum copiosa præsidia, atq; honores solito maiores.

Conciliabit enim sibi altæ mulieris, & vulgi amorem mutuũq; beneuolentiam ad itinera propensior, & extra patrios lares & in solo natali lucrabitur in mercibus commutandis.

Huiuscemodi præterea inambulatio salubritati corporis, lu-cro & honoribus accommodata annum decernit prosperum, procreandisq; liberis idoneum, genitrici saluberrimum, filii vel filiæ, si sint, connubia procurabit, siue nuptias celebrare faciet.

☽ ad □ ☽

Plerique ex plebecula siue mulieres natum odio occulto mu-tuisq; simultatibus prosequentur, erit enim annus litigiosus cum plebeis & mulieribus vel ipsarum gratia, cũ genitrice vel vxo re interdum iurgia scaturient, quin etiam febre melancholica siue phlegmatica conflictabuntur; itinera nati illo anno erunt infau-sta, & terris & aquis, præcipue æquoreis.

Iste insuper Lunæ occursus rediget corpus nati languidum, quippe qui ne dum ipse, sed genitrix siue vxor ægritudines frigi-das & humidas degustabunt, & in oculis, præcipue sinistro non nihil sinistri, ipsius enim acies obfuscabitur, adeo quidem quod necessum erit vti conspicillis vitreis si legere vel res subtiles intue ri voluerit.

☽ ad ☊

Ille cęlorum defluxus portendit nato facultatum incrementa, & honoris insignia iouialium & venereorum siue mulieris gene-rosæ patrociniis, item animi tranquillitatem, gaudia, & corporis salubritatem, nihilo tamen minus, oculis præcipue sinistro infe-ret quandam nubeculam cætera satis fausta & læta decernũtur.

☽ ad ☋

Ab ignobilibus saturninis scilicet & mauortiis mala retributio decernitur, profanis etiam in moribus siue actionibus nati fama commaculabitur, ab insidiis rusticorum, seruorum, & militum hu iusmodi directio erit insalubris, damnosa & ignominiosa.

Iste insuper cęli afflatus coniiciet natum vehementes animi motus, iram, & contentiones cum saturninis & martialibus. Si no dus ipse ☋ austrinus fuerit in signo igneo ita genitus illo anno

acutam degustabit alterationem, sed malancholicam siue phlegmaticam in signo aqueo, alioqui cholicam passionem, siue dissynteriam, & in oculo sinistro aliquid impedimenti, eius quippe acies aliqua ex parte hebetabitur, præuideat etiam sibi a rebus venenatis & pestiferis, si vitam habuerit charam.

☽ ad XII cęlestia tempsa.

a.d.p. sicut ♂ LVnæ aphesis ad horoscopi gradum directio insalubris est, & plerunque exitiosa, referēte siquidem Aberangele æqualiter interficit, sicuti & ♂ præsertim si in eadem horoscopi parte fuerint stellæ insalubres aut ipsarum radii hostiles. Est enim ☽ horoscopo inimica, inquiunt omnes genethliaci.

Lunæ progressio ad secundam domum horoscopi anaphoram, si fuerit bene affecta in vtroque schemmate ab Ioue seu Venere, lucrorum copiosa præsidia, mundam atque pretiosam supellectilem absque labore nato contribuet. Sin ☽ fuerit peregrina vel lumine diminuta, & a maleficis sauciata inferet anno bonorum mobilium iacturas & irrita dispendia, & nihil emolumenti.

Ad tertiam domum Lunæ directio decernit itinera parua religionis, seu voti persoluendi gratia, aut iussu potentioris, vel visendi orbis studio, alioqui suos fratres, sorores, & consanguineos & huiuscemodi itinera erunt oportuna, si tertia domus, quā Deā vocitāt, & Luna fuerint salubriter affectæ, sin a maleficis sauciatæ infausta.

Lunæ directio ad quartam domum denotat quatenus illo anno natus fiet solito procliuior ad agrorum culturas, ædificia, lapides marmoreos, aquæ ductus, seu puteos effodiendos, & sepulturas fabrefiendas pro suo, & suorum cadaueribus subhumandis, vel pro thesauris reperiendis. Et si ita genitus esset extra patriam, reuerteretur illo anno ad patrios lares visendi suos parentes. Verum si in eiusdem cęli gradibus fuerint hostiles maleficorum planetarum radiationes, & Luna sit apheta, verendū erit de pernitiosa ęgrotatione seu morte nati, & genitricis siue vxoris.

Quandocunque igitur Lunæ, Solis, vel horoscopi progressio p debitum athazir ducta peruenerit ad 90. partem signiferi ab horoscopo vtpote ad momenta quartæ domus, quam genethliaci omnes sepulturis deputarunt, Erit illo anno de vita nati penitus

conclamatum. Est hoc illud quod Petosyris & Necepso Aegyptiorum reges rerum cęlestium speculatores Enthei mystice edocuerunt, negantes posse quempiam naturaliter transgredi trimorion, signorum idest vniuersam portionem, hoc est congeriem trium signorum siue 90. partium exortiuam mensuram, vt □ tetragonicam radiationem, quod anaphoras appellabant, sed has ipsas incidi sæpius occursu maleficorū syderum, aut etiam radiis eorum solisq;. Quocirca in Italicæ tractu 120. annos vitæ, mortalibus contingere posse affirmabant.

Ad quintam cęli stationem inambulatio Lunæ decernit gaudia ex filio, vel natus ita illo anno sæpius placitura audiet, munera quoque ei condonabuntur a plebeis, & muliere nobili, eritq; natus ad lauta cōuiuia propensior, atque genio indulgebit, si gradus illius quintæ domus fuerint beneficarum stellarum radiis beneficis adornati.

Ad sextam domum Lunæ directio deuoluta a seruis & ancillis furta & expilationes ingeret, & ex quadrupedibus paruis detrimenta, sed ita genitus illo anno corporis discrasiam minime spernendam obnunciat, siue acerbos in ventre dolores, tormina alioqui cholicam passionem siue dissinteriam.

Ad septimam domum Lunæ progressio multos aduersarios sibi palam infensos prouocabit, & iurgia cum coniuge vel concubina, illo anno litigioso, & infausto, quippe qui natus ille grauiter ægrotabit satis cum vitæ periculo, præsertim si in eodem centro occiduo fuerint insalubres malignantium stellarum radii siue fines ♄ vel ♂.

Ad octauam cęli stationem, quam græci epanaphoram siue epycataphoram, nostrates portam cęli supernam vocitant, denotat quatenus illo anno natus circa res hæreditarias siue defunctorum erit valde anxius, aut ex morte & dote vxoris scaturient lites & dispendia multa, eritq; annus ille lugubris, & natus de nece sua & matris tremebundus.

Ad nonum cęli contubernium Lunę directio deuoluta & male affecta, insinuat itinera longa, & terris & aquis fore variis peri-

culorum discriminibus vndique plena cum maximis dispendiis, & somnia nati horrifica. Item si Luna & 9. domus, quam Deum vocitant fuerint commaculatæ, natus erit illo anno parum deuotus, sin bene tunc sint affectæ, erit solito religiosior vel iussu potentioris peregrinabitur, siquidem lucrigeræ & honorigeræ legationis munera ei demandabuntur, aut religionis seu voti persoluendi siue orbis visendi studio vagabitur, & somnia eius fient oblectabilia.

☽ Ad cœli culmina natus illo anno ab rege vel inclita muliere honoris insignia sortietur, & a plebecula plus solito venerabitur, in actionibus siue exercitiis aquaticis detinebitur plurimum, erit honoris & gloriæ auidulus, in suis magisteriis lucrabitur & laudabitur, genitrix si sit, vel vxore leta sorte fruetur.

Ad XI domum, quæ bonus genius, calodemon, & bona fortuna nuncupatur plerosq; nouos & quidem non obscuros sibi cōciliabit amicos, & fidos sodales, ex liberis gaudia & placitura audiet, vel sobolem seminabit ita genitus peruenustam illo anno fietq; votorum ferme omnium compos, si xi. domus fuerit beneficarum stellarum radiis irrorata.

Luna ad xii. domum quæ cacodemon siue malus genius nuncupatur si fuerit commaculata, plerique omnes fient hostes occulti, & ob inuidiam de ita genito perperam obloquentur, ex quadrupedibus magnis detrimenta seu dispendia multa aderunt, & de carcere vel exilio timidus fiet, vel affinis seu filii aut amici captiuitate merebit, at si xii. domus fuerit a beneficis fœliciter irradiata, multa ex quadrupedibus magnis affluent lucra.

Lunæ directiones ad stellas fixas.

Lunæ directio ad sinistrum Orionis pedem, quam Arabes Rigel vocitant de natura ♃ & ♄ primi luminis stellam fixam nimis furibundæ & calidæ complexionis atque rubicundam illi cuius fuerit genitura in externis regionibus varia vitæ impedimēta minatur, & saturninos sibi valde infensos prouocabit, matri autem vel quam eius loco habuerit, aut vxori mortis discrimina impinget.

Ad azimeth spicam Virginis primæ maiestatis, fulgentissimi quippe luminis quæ ♀ & ☿. & paulisper ♃ naturam atq; complexionem sibi arrogat, ita genito opes affluentissimas & honores amplissimos contribuet, & ob eius ipsius genii dotes eximias, ab venereis mercurialibus atque iouis prælatis siue ecclesiæ car-

dinibus laudem, & vt dixi, diuitiarum incrementa atque honores maximos condonabit.

Ad lucidam hydræ siue hyados quæ a græcis lampira nuncupatur secundi luminis fixam de naturā Saturni & Veneris ita genitum ad libidinem, & præcipue propofteram venerem siue meretricum concubitus rediget solito propensiorem, illo anno hæreditatis atque dignitatis conquirendæ desiderio flagrabitur, spes autem frustrabitur. alicui ex mulieribus nati præcipue matri vel vxori, si tunc vixerit, vitæ discrimina obnunciat.

Lunæ progressio ad caudam cygni secundæ magnitudinis de natura ♀ & ♂ ita genitum illo anno ad libidinem, venereasq; illecebras magis ac magis solito propensiorem rediget, luxuriosis quippe actibus atque lasciuis voluptatibus ac petulantiæ nimium occupabitur, vnguentis rebusq; odoriferis oblitus plus solito oblectabitur, lautis conuiuiis, bibitionibus atque vinolentiæ obnoxius sub qualibet venere militabit, pulchris vestibus, cultuq; fœmineo decorabitur, falsis item sermonibus mordacibusq; dictis risum atq; cachinnos auscultantibus excitabit præter moremq; & naturæ suæ consuetudinem. ambitione nimia sollicitabitur plus solito, sinistro item oculo aliquid sinistri siue effusionem degustabit, non tamen illius aciem desiderabit, siquidem absq; chyrurgi remediis curabitur.

Ad stellam fixam secundæ magnitudinis in sinistro Orionis humero collocatam de natura ♂ & ☿ nato magnam excitabit luxuriam & honoris affectum, sed iacturas suarum facultatum & ægrotationem acutam ingeret sibi & genitrici vel vxori, si tunc vixerint.

Ad alanguem tertiæ magnitudinis fixam, quam latini serpentarium appellant de natura ♄ & ♂ decernere videtur quod natus illo anno erit veneficiis deditus, & a venenifera potione & serpētum morsibus sibi præcauendum admonet, non leuia patietur incommoda & chronica ægrotatione conflictabitur, & aliqua ex nati mulieribus interibit.

Ad fixam serpentarii tertiæ magnitudinis de natura ♄ & ♀ rediget natum incantationibus & veneficiis obnoxium, & ex mulieribus venereisq; actibus nefariis iustitiam, detrimenta, & nigrā nominis notam inferet.

Lunæ ad fixam in sinistro humero Bootis tertiæ magnitudinis de natura ♄ & ☿ aliquam decernit dignitatem, sed turpem

deni que nominis notam infliget, erit enim pro malis hati operibus accusatus cum carceris discrimine, tamen causa mortuorum aliquid emolumenti siue portiunculam hæreditatis consequetur, & aliqua ex suis mulieribus mortis discrimina subibit illa anni intercapedine.

Lunæ directio ad vuegam vulturem cadentem secundi luminis & honoris fixam de natura ♀ & ☿ vel ♂ nato opes affluentissimas & honores vltra modum, & propriæ stirpis cōditionem contirbuet, vel officium vtile a potentioribus & magna fęlicitatis ornamenta, vt regia quodammodo auctoritate ita genitus pręsulgeat, & diuitiarum affluentia decoretur, connubium procurabit vel sobolem seminabit atque suscipiet peruenustam.

Directio Lunæ ad stellam nubilosam in oculo ♐ de natura seu complexione ☉ & ♂ minatur in oculis natorum aliquid impedimenti, sin minus vulnera siue contusionem in capite seu frōte, & vtriusq; oculi hebetudinem vel cęcitatem. Item ita genitus effugiat inimicorum insidias, balistarum iaculos, scloppos, taurorum cornua, bestias cornutas, bucefalos, vrsos, & luporum incursiones.

Lunæ occursus ad coronam septentrionalem siue stellas lucidæ coronæ borealis secundæ maiestatis ♀ ☿ naturam in profluuio imitantem insinuat quatenus sub tali sydere genitus illo anno publicis plausibus atq; honoribus decorabitur, vt eius nomen cum ingenti laude per vulgi & nobilium ora peruagetur, & a veneris atque mercurialibus plus solito veneretur.

Ad stellas nebulosas quæ in ♊ constitutæ sunt, nato in oculis, præcipue sinistro lesionem ex contusione lapidis, aut incutiet nubeculam, quæ ipsius aciem obfuscabit, obnuntiat præterea non spernendam ægrotationem, & aliquid dedecoris & alicui ex suis mulieribus interitum.

Ad anteres cor Scorpii secundæ maiestatis & luminis fulgentissimi ♂ & paulisper ♃ naturam in profluuio imitatam, nato aliquam contribuet dignitatem, quæ tandem sinistra erit & formidinibus inimicitiisq; plena, quare sibi præcaueat ab hostium insidiis neue a quadrupedibus magnis præcipue equis aut mulabus calcitrosis, & casum ab alto vitæ discrimina experiatur, & detrimenta patiatur, matri quoque aut vxori mortem siue perniciosam ægrotationem.

Lunæ directio ad Herculis fixam tertiæ magnitudinis, quæ ♂

& ☿ complexionem imitatur ,insinuat quod ita genitus illa anni tempestate erit superbus,audax,terribilis,imperiosus,potens, sui iuris, & aliis impetare cupiens. Eritq; annus insalubris, detrimentosus, & perniciosus, fuisq; mulieribus infaustus, præcipue matri,si vixerit,aut vxori. Ast si salutaris stella Iouis aut Veneris locum illius loci ad quem peruenerit huiuscemodi occursus,hęc infortuniorum genera mitescent, aut numine diuino pęnitus elanguescent.

☽ directiones ad ⊕

Lunæ ad ⊕ parte fortunæ, quæ a veteribus archetypos dicebatur, ita genito, & alicui ex liberis, si quem habuerit, diuitiarum incrementa, mundam quippe vel pretiosam supellectilem contribuet,& ex consequenti altiorem gradum atq; honoris insignia, fiet etiam diues & fortunatus, qui venerit in lucem præcedente coitu luminarium, quandoquidem ⊕ erit in horoscopo.

Lunæ directio ad ⊕ partem dęmonis siue lucri ex mulieribus vel plebeis lucrorum copiosa præsidia portendit, annumq; opportunum non sine pleris q; dispendiis, tamen maiora affluet compendia.

Ad partem honoris seu reuerentiæ, hæc natus a populis, militibus & seruis plus solito venerabitur & laudabitur.

Ad ⊕ seruorum,natus ita plures solito pascet seruos & pedisequas illi obsequiosos, eritq; illis oportunus, si ☽ & eadem pars earumq; hospitator fuerint bene affecti, & natus in quadrupedibus paruis fortunabitur.

Ad partem connubii, si cum eius hospitatore fuerit fęliciter collocata in vtroq; schemmate, prosperitatem decernit in connubio & nuptiis celebrandis illo anno.

Ad ⊕ filiorum ex liberis gaudia portendit vel sobolem suscipiet,aut ex liberis quos habebit loco filiorū lętitiā & aliquid emolumenti,vel susceptam prolem fouebit, sin pars filiorum & eodem spotes ipsius fuerint commaculati, proles nati infortunabitur illa anni intercapedine.

Luna ad ⊕ mortis genitrici mortis discrimina, vel perniciosam minatur ægrotationem, eritq; lugubris annus, vel propter negotia mortuorū siue hæreditarias res graui quapiam molestia detinebitur.

⊕ partium fortunæ directiones.

⊕ partis fortunæ, quæ a veteribus archetypos vocabatur ad

☌ □ ☍ ♄ directio omnem fere nati supellectilem siue bonorum mobilium congeriem atque patrimonii facultates dilacerare consueuit, & in re familiari iacturas propter saturniorum rapinas furta, & expilationes, aut propter ludos alearum & taxillorum cũ saturninis. ex huiuscemodi quippe occursu plerunq; infertur bonorum proscriptio & substãtiæ lapidationes vt natus ita ad inopiam atque pauperiem redigatur, immo propter inuidos in eius facultatem inhiantes præcauere debet, ne veneni pocula ei porrigantur, melancholicis item humoribus & variis curis vndique oppressus in magna vitæ pericula incidet, nisi prudenter cautum fuerit illo anno.

⊕ ad ⚹ △ ♄ directio aliquam rei familiaris congerendæ pollicetur occasionem, fiet vtiq; accessio bonorum ex agricultura, aut ex rebus hæreditariis siue stabilibus, vtpote ædificiis construendisq; ædibus, vel re nautica. Nihilotamen secius in locis aquosis siue maritimis peregrinationibus imminebunt naufragii discrimina, & propter pyratarum aut seruorum rapinas minatur iacturas & dispendia compendiis multo maiora, aut voluntariam plerunq; paternæ facultatis iacturam non mediocrem. Verũ cuiusdam principis saturnini vel iam senescẽtis patrocinio aliquam afferet vtilitatem, alioqui honorificæ & lucrigeræ legationis munera, aut pro ipso & liberis lucrorum præsidia, non sine sudoribus atque maxima difficultate & quapiam morula.

⊕ ad ☌ ⚹ vel △ ♃ directio decernit quatenus magni principis iouii patrocinio ita genitus munera rerum quippe mobilium sortietur, alioqui officium siue beneficium ecclesiasticum vtile & honorigerum, vnde ei non mediocris diuitiarum cumulus accedet, huiusmodi denique cęlorum defluxus in cunctis actionibus atque potentiorum negotiis administrandis natum rediget fortunatum, fęlicem, laudatum, atque honoratum, & ipse amplas pro suis liberis congeret facultates illo anno.

Ad □ vel ☍ ♃ odio iouialium plerunq; aderunt fortunarum detrimenta, aut ex litibus contra iouios dispendia aderunt maiora compendiis siue emolumentis, sed circa finem anni illius compendia dispendiis compensabit & fęlicitatem ex rebus ecclesiasticis accessuram indicat. non sine sudoribus & graui quadam difficultate curisq; melancholicis.

Ad ☌ □ vel ☍ ♂ vel fines mauortios efficit vt natus magnã rei familiaris iacturam patiatur, vel ex ludis alearum vel taxillorũ

deper-

deperdat suas facultates, & spolietur a militibus vel siccariis & latrocinantibus personis, viarum abscissoribus siue prædonibus, aut in duello ammittat res suas, & a seruis depredatur, vel in ædibus incendium patiatur.

Ad ⚹ △ ♂ auget rei familiaris facultates martialium personarum auspiciis, aut ex rei militaris disciplina, veluti ex gubernatione militum, aut ex exemptionibus & venditionibus armorum, tormentorum, equorum, earumq́ rerum, quę ad militiam spectant, & metallorum fusionibus, & iis artibus quę per ignem conficiuntur.

⊕ ad ☌ ♂ □ vel ☍ ♂

PArtis fortunę ad Martis congressum & radios hostiles directio obnunciat iacturas & bonorum lapidationes ex rapinis seruorum siue militum expilationibus, seu quouis alio furto vel incendio detrimenta, quinetiam militarium virorum patratu plurima dispendiorum genera ob inimicitias graues & lites cum martialibus, excitabit item plerosq́ inuidos suis opibus inhiantes, ob nunciat pręterea ita genito acutam alterationem, & in oculis aliquid mali siue impedimenti, huiuscemodi pars fortunę quoniam oculis prędominatur, si sumpta fuerit a Sole in Lunam oculo dextro, si a Luna in Solem, oculo sinistro aliquid sinistri ingeret. oculo sinistro

Item alicui ex fratribus, si sint, discrasiam perperacutam, aderũt denique illo anno detrimenta & dispendia propter equos, & rixas, iurgia, atque simultates, vt dictum est cum martialibus.

⊕ ad ⚹ vel △ ♂ progressio ex litibus victoriam pollicetur contra aduersarios, & cum animi constantia pręualebit omnibus inimicis, quin etiam ratione fratrum, si quos habuerit, multa faciet dispendia, nihilominus maiora affluent compendia, ex litibus victoriam reportabit, propter equos & res ad militiam pertinentes multa faciet dispendia honorigera, & vnde nõ sperauerit aliquid lucri & emolumenti consequetur, & cum laude aliquod in milites dominium sortietur patrocinio principis mauortii, ex rei militaris disciplina affluent lucrorum copiosa prędidia, & honoris insignia, & in peregrinationibus siue externis regionibus magis quàm in patriis laribus venerabitur.

⊕ directio ad ☌ Solis dispendia decernit honorata honoris gratia vel magni principis, vel vt aliis liberalis & munificus videatur.

Ad □ vel ☍ ☉ detrimenta minatur ex litibus & dispendia

KK

inferet odio potentiorum, siue ira sui regis patrimonii atque bonorum iacturas, aut ex aliquo incendio, in actionibus detrimēta, & propter accusationes criminosas dispendia atque incommoda, in aquis pericula & graues molestias siue naufragii discrimina, alioqui odio & ira potentioris exilii vel carceris incommoda & facultatum detrimenta, corpus nati calidis ægritudinibus affliget.

⊕ ad ⚹ ☉ honori & commodo tempus anni illius decernit idoneum, ab rege siquidem vel magno principe lucrorum copiosa præsidia contribuet.

Ad △ ☉ vtilis & fęlix directio ab rege seu potentioribus lucra conferet, & dignitatis insignia, attestatur enim substātiæ emolumento atque honori ex præsidio siue potentiorum largitionibus, aut si natus ita quidpiam negotietur cum aureis catenis vel lapidibus preciosis, quales sunt adamas, punctum lapidis preciosior auro, iacinctus, pyropus, crisolitus, crisopatius, magna contribuet lucrorum præsidia, vel si illo anno natus alicui præfecturæ ab rege præficiatur, fiet votorum ferme omnium compos. Archetypi igitur directio ad △ ☉ substantiæ & honori attestatur, cum corporis salubritate & mentis tranquillitate.

⊕ partis fortunæ progressio ad ♀ ☌ ⚹ vel △ ab amicis venereis vel inclitæ mulieris pręsidio siue largitionibus pollicet divitiarum incrementa, & lucrorum copiosa præsidia, vel ita genito non mediocris fortuna decernitur ob ipsius ęgregias genii dotes, & peruenustam corporis fabricam, qui voluntaria faciet dispendia, vt letus viuat & genialis agatur quæq; dies, nihilominus illo anno crescent opes ex mercibus gemmarum siue pretiosis ornamentis muliebribus rebusq; odoriferis atque suffumigiis quæ habentur in delitiis: erit deniq; letum fęlix, atque prosperum tempus nato huic & liberis iste cælorum defluxus fęlix reputatur ex hæreditatibus, quippe qui non paucas largitur substantiæ facultates.

Partis fortunæ directio ad □ vel ☍ ♀ cum venereis seu mulieribus, aut ipsarum gratia excitabit lites, iurgia, & controuersias alioqui rixas ex zelotypiæ titillationibus conceptas, & captus amore, ad lauta conuiuia propensior multa facturus dispendia genium non defraudabit, sed non deerunt lucra cum difficultate & sudoribus acquisita, ex connubio filiæ seu nuptiis celebrandis honorata faciet dispendia, dissipat etiam iste partis fortunæ occursus plerunq; nati facultates ratione meretricum vel cynedorum

rapinis atque expilationibus assiduis cum magno dedecore, quandoquidem nocet empta dolore voluptas.

⊕ ad ☿

AD ☌ ⚹ vel △ ☿ nato secundã pollicetur fortunam minime spernendam occasionibus mortuorum, vtpote ex rebus hæreditariis, aut ex mercibus siue scriptutis & computationibus lucrorum copiosa præsidia, & sagacis genii dotibus atq; solertia in negotiis administratio commoda decernitur, vnde ita genitus ab omnibus commendabitur & venerabitur illo anno. In disputationibus, negotiis mercurialibus, & claris actionibus præualebit suis æqualibus, in peregrinationibus siue extra natale solum lucra aderunt multo affluentiora dispendiis.

⊕ archetypos ad □ vel ☍ ☿ directio cum mercurialibus excitabit rixas, atque iurgiorum contentiosa certamina, & in mercibus siue scripturis falsis, vel pecuniis adulterinis, aut fœnore detrimenta afferet, cum nigra nominis nota, & a seruis rapinas, item ex ludis taxillorum & alearum iacturas, annus tamen vtilitati & commodo magisquam bonorum lapidationi attestatur.

⊕ archetypos ad ☽ ☌ ⚹ vel △

PArtis demoniace directio ad Lunæ congressum siue fœlices eius radiationes ex largitionibus seu patrocinio nobiliũ mulierum augebit diuitias, dabitq; lucra a plebeis absq; nimio sudore & ex consequenti natus plus solito venerabitur. Huiuscemodi præterea occursus siue progressio vtilis satisq; prospera, ita genitos locupletare consueuit ex mercimoniorum commutationibus vt pote emptionibus & venditionibus argenti, cristalli, vitri, molendionorum atque piscium, quæ merces Lunæ subiiciuntur. Natus item locupletior fiet extra patrios lares siue in perigrinationibus per varias mundi regiones, alioqui a potentioribus siue inclita muliere huc illuc nuntius destinabitur, & in legatione illa multum lucrabitur, & plus solito venerabitur.

⊕ ad □ vel ☍ Lunæ progressio minatur detrimenta & iacturas ex mercibus, quin etiam dispendia maiora compendiis & propter lites cũ nobili muliere & plebecula fortunarũ expilationes.

Plurima denique incommoda matri vel vxori aut sorori, si tũc vixerint, quinetiam ita genitus in oculis præcipue sinistro aliquid sinistri denuntiare videtur.

Partis item fortunæ inambulatio ad ☊ caput draconis auget fortunam nati, atque diuitias iouialium aut venereorum auspiciis.

Ad locum ♑ partis fortunæ directio dabit iacturas & dispendia multa. quandoquidem dissipare cōsueuit maternas facultates a saturninis & martialibus, aut ex aliquo incendio vel rapinis militum.

Ab iugo seu ♎ ad ♏ signum exhalma, hoc est saltum faciens minatur fortunarum iacturas ex igne siue incendio, aut ex militū atque seruorum rapinis.

Partis fortunæ directio ab duabus vltimis partibus chelarum, hoc est ♎ vsque ad septimam ♏ partem completam, quam viam vocitant plerique combustam iacturas minatur atque difficultatem in mutatione status bonorum & substantiæ.

Ad ☿ duodecatemorion fœlicitatē decernit ab insperato mortuorum occasionibus.

⊕ ad stellas fixas.

⊕ Pars fortunæ mistica quandocunque iungitur occasui contra ordinem signorum maximam obnunciat fortunarum siue patrimonii ammissionem propter inimicos manifestos.

Fortunæ siue archetypos.

Ad cor ♌ primi luminis fulgentissimi stellam fixam auspicio regis seu magni principis decernit copiam affluentem diuitiarum siue lucrorum copiosa præsidia, & ex consequenti honores amplissimos perennes.

Ad spicam Virginis primæ maiestatis stellam fixam fulgentissimam ita genito supra stirpis suę conditionem & qualitatem generis amplas opes magnam dignitatem atque potentiam contribuet voluptuosum quoque tempus decernitur nato & alicui ex suis mulieribus faustum.

Pars patris circuitus siue occursus iuxta ordinem signorum ad ☌ □ ☍ ♄ ♂ ☉ patri minatur interitum seu grauem ægrotationem, sed spes erit salutis & conualescentiæ si ab ♃ aut ♀ inspiciatur, & dominus eiusdem partis non fuerit penitus in vtroque themate commaculatus illo anno.

⊕ ad cęlestia templa.

Partis fortunæ directio secundum ordinem signorum

1 Ad horoscopum nato contribuet lucrorum copiosa præsidia illo anni intersticio.

2 Ad horoscopi anaphoram secundam cęli stationem mundā & elegantem dabit supellectilem.

3 Ad tertiam pollicetur lucra in paruis itineribus & fratribus

vel fororibus letam fortem.

4 Ad 4 ex rebus ftabilibus lucrum, & patri fulubritatem, feu lucra.

5 Ad 5 domum, munera fiue legationes cum honore demandabuntur, filiorum gaudia & fęlix fortuna decerniiut.

6 Ad 6 feruis bonum decernit, & lucra ex quadrupedibus paruis.

7 Ad feptimam propter lites & inimicos publicos aliquam mi natur fortunarum fiue patrimonii iactutam, & vxoris graтia graues impenfas.

8 Ad 8 lucta decernit ex rebus hæreditariis vel dote coniugis.

9 Ad 9 cęli ftationem pollicetur lucra ex rebus ecclefiafticis, aut longis itineribus.

10 Ad fummi cardinis culmina, principis magni patrocinio, lucra, & magnos præftabit honores.

11 Ad 11 amicorum largitionibus, lucrorum præfidia nato con tribuet.

12 Ad 12 dabit aliquid emolumenti ex magnis quadtudepibus.

DE DIVISIONE TEMPORVM IN VITA NATI.

Directiones in finibus planetarum fecundum Ptolemæum libro Quarto apotelefmatum capite 9.

TEmpora quoque in quolibet hilech, in primis attribuantur planetæ hilech, qui fuerit in ipfo eodem gradu, vel faltem afpexerit in themate natalicio, quod fi nullus planeta reperiatur in illo gradu, nec ei quifpiam affociatus fuerit conuenit vt affignemus illa tempora viciniori planetæ qui gradum illum præcefferit donec perueniamus ad gradum immediate fequentem, qui prædictum gradum afpexerit, & fit afpectus ille fecundum fucceffionem, hoc eft ordinem fignorum. Dein fequentia tempera tribuantur pręfato donec applicuerit ad illum qui eũ fubfequitur, & fimiliter in aliis faciendum fore decreuimus. Planetas in fuis terminis exiftentes conftituemus quofdam ex planetis quos obferuauerimus, & quos quafi difpofitores pofuerimus, nu merum autem annorum, numerum graduum longitudinis dari conuenit. Alhigel igitur ab afcendente fuapte numero annorũ numero temporum, afcenfionum climatis in quo natiuitas fuerit

æquales assignabitur.

Illech autem a cęli medio deprehensæ, anni quorum numerus numero temporum transitus per cęli medium æquabitur prębeantur, in aliis etiam hilech aliunde sumptis hoc ordine procedemus, & secundum eorum appropinquationem ad angulos numerum ascensionum vel occidentium seu per medium cęli transitus accipiemus. Dominatrices autem rerum annorum cognoscentur quum annorum numerum a natiuitate sumpserimus, & ab vno quoque locorum hilech incipiendo, vnicuique signorum secundum sui successionem annum vnum proiecerimus, & illius signi dominus in quo numerus terminatus fuerit reseruabitur, hæc idem in mensibus faciemus, nam numerum mensium qui ex natiuitate præterierint accipiendo a locis quorum est anni dispositio dies 28. vnicuiq; signorum proiciemus, quod & similiter in diebus faciemus, numerum enim dierum a die natiuitatis sumentes, a locis mensiū vnicuiq; signo duos dies & tertiam obiiciemus.

Planetarum iterum existentiam in locis temporum nos obseruare conuenit, hoc etenim futurorum in temporibus contingentium cognitionem non minimum adiuuat, existentia itaq; ♄ in locis temporum vniuersalium. Iouis quidem in locis annorum ☉ ♂ ♀ ☿ in locis mensium, ☽ vero in dierum locis obseruabimus, ex planetis temporum vniuersalium dominos inesse futuri ac eidem perfectionem considerabimus: temporum quoque particularium dominos in huius augumento vel diminutione similitudinem inspiciemus.

Hæc ex Ptolemæo.

LV. GAVRICVS.

SI in loco hilech fuerit aliquis planeta, vel illum fęlicibus radiis irrorauerit, ille erit dispositor & directio cōtinuabitur donec perueniet progressio ad alium gradum in quo sit aliquis alius planeta, vel radii eius, quippe qui ille secundus erit dispositor hilech donec continuabitur directio ad alium tertium, nam ille tertius erit dispositor hilech siue aphetæ, & vnusquisq; habebit tantam portionem temporis, quantam erunt gradus qui fuerint intra gradus vbi incepit disponere vsque ad gradum alterius dispositoris, qui statim subsequetur.

Huiuscemodi directiones eliciuntur ex gradibus in tabella terminorum, quorum domini licet disponant vitam natorum inge

rendi, nihilominus quilibet diuisor, hoc est finium dominus, quē Arabes Algebutar vocitant, moderabitur in particulari loca ilegiorum donec diuisoris gradus fuerint absoluti, at si fortasse quispiam scire voluerit quantum durabit illud temporis intersticium videat quot sint gradus ascensionum illius hilech ab initio illius termini vsque ad finem eiusdem, quippe qui ille planeta erit chronocator illorum annorum.

Quando hilech siue aphesis vitalis periodi significator fuerit partiliter in horoscopo collocatus, & scire volueris ad quem locum signiferi anno quopiam peruenerit eius directio secundum ordinem signorum. Ascensionibus obliquis aphetæ adiiciantur anni natorum vertentes, & illa graduum congeries sub finitore natalis reperiatur in angulo communi siue area tabulæ ascensionum obliquarum & redigatur ad gradus & minuta signiferi ęquales, quippe qui ad illos iam deuoluta erit directio hilech seu aphetæ significatoris, quam perscrutabaris, & hospitator siue dominus finium erit diuisor collega seu vicarius illo anno vertente.

At si planeta hilech fuerit in cardine occiduo partiliter collocatus identidem necessum erit negotiari cum descensionibus siue ascensionibus obliquis nadir, hoc est signi diametrantis secundū viam communem.

Verum si aphesis fuerit partiliter in cęlorum culmine aut imo cardine supputatus ascensionibus rectis eiusdem aphetæ adiiciantur anni ætatis labentes & congeries illa in area tabulæ ascensionum rectarū reperta redigantur ad gradus signiferi æquales. Ipsi namq; erunt gradus aphetę illo anno labēte quos perscrutabaris.

Consimili etiam pacto scire poteris ad quem locum Zodiaci peruenerint, quotannis directiones ilegiorum.

At si hilech fuerit extra quartam ecli cardinis non tamen partiliter in anaphoris vel cataphoris, sed in locis intermediis perquirito in primis horizonta siue polum & circulum positurus, videlicet in quo ponitur ille apheta, & sub illo finitore supputatis ascēsionibus vel descensionibus obliquis adiicito annos nati labentes & prosiliens numerus reperiatur in area tabulæ illius finitoris, & gradus cum scrupulis signiferi erunt illi ad quos peruenerit directio aphetæ quæsita. Numerus annorum numero graduum lōgitudinis dari conuenit, numerus igitur aphetæ acceptus in horoscopo assignabitur æqualis numero ascensionum climatis in quo fuerit natiuitas.

fenn...

directio

dominus fini

i ... nadir

hilech i anaphor: et cataphoris

Ptolemaeus 25. Aphoris.

Dominatoris progressiones quum in M. C. positus est, per sphaerae rectae ascensiones. Quum vero in ascendente cōstitutus est per climatis ascensiones facito.

Almansor 99. enunciato.

Quum fuerit in M. C. significator dirigitur per ascensiones circuli directi. In ascendente vero per ascensiones regionis. In eo autem quod est inter vtrunq; per vtrunq;. Hoc quidem capitulum enucleauit Alchindus.

LV. GAVRICVS

De exhalmate.

Exhalma, hoc est saltus, fit quando planetae exeuntes e finibus siue terminis alicuius signi vltimis, in signum sequens mox inciderint, quod lethale erit, praesertim si horoscopus aut luminare conditionarium siue temporis saltum fecerit a fine vnius signi ad alterius planetae malefici initium peruenerit, vtpote ex vltima parte Geminorum falcitenentis finibus ad primam Cancri Martis fines, siue terminum, vel ab vltima parte Librae, quam Marti deputarunt Aegyptii ad primam Scorpii partem, quam Mars quoq; sibi vendicauit.

LV. GAVRICVS.

Exhalma igitur qui saltus dici potest, fit quandocunq; ☉ ☽ ⊕ horoscopus in themate natalitio ex vltimis signorum partibus, vel e suis signis exeuntes suo saltu in primam signi immediate sequentis particulam per directiones saltum fecerint, sed non omnino interimunt, si sequentes signi terminus fuerit Iouis aut Veneris: perimere autem consueuerunt, si fuerit exhalma aphetę siue luminaris conditionarii ex finibus malefici planetae, & ingrediatur alios fines immediate sequentes pernitiosos absq; benefico rum patrociniis, praecipue si annus fuerit climactericus, vel enneaticus, veluti 63. qui etiam Androclas nuncupatur, eo quod latenti quadam ratione omnem nati substantiam frangat atque debilitet, ait Firmicus.

LV. GAVRICVS

Mars Cancri fines septem sibi vendicat, at sex
Falcifer in Libra, septem tibi Scorpio Marti
Contribuit primos, reliqui sunt denique fausti
Signorum primi fines mihi credite, sed iam
Infausti fines sunt omnes deniq; fines.

Ex

Ex libro tertio cap. 10 Apotelesmatum Ptolemæi.

Cęlestia templa in quibus planetæ partiliter collocati possunt esse hilich, datores vitæ & annorum.

HIlech potest esse planeta qui fuerit ab 5. gradibus. qui ascenderint supra finitorem vsque ad 25. qui remanserint ad ascēdendum, dein planeta qui fuerit in xi. cęli templo, postmodum ille planeta qui fuerit in M. C. supra terram, postremo ille erit hilech qui partiliter collocatē in 9. cęli statione, vltimo deniq; loco potest esse hilech planeta in occiduo card. partiliter supputaus.

Sed pręponendus est ille qui fuerit in culmine cęlorum partiliter collocatus, dein horoscopus, postmodum locus genii xi. dein cardo occiduus, vltimo autem loco dei hospitium, nona scilicet domus quæ cęli medium præcedit.

Omne autem id quod sub terra moratur, hac in re tam præclara & tam excellenti prætermittendum fore decreuimus, inquit Ptolemæus, quod Episcopo Gaurico non fit verisimile.

Non dissentit autem ab ipso Ptolemæo quòd 8 domus, porta superna, quam græci epycataphoram vocitant, & cacodemon domus tenebrarum, possint esse apheses siue hilech, planetæ sibi in eisdem domiciliis supputati.

Postea conuenit vt quatuor dominantia quæ sunt ☉ ☽ horoscopus ⊕ locus, eorumq; locorum dispositores hilech cōstituātur. Partem igitur fortunæ sciemus si numerum quem inueneri mus a loco ☉ vsque ad ☽ locum in die ac nocte acceperimus & ab ascendente inchoando illius numeri quantitatem secundum signorum successionem computauerimus. hoc itaq; modo partis locum addiscemus, quod iccirco facimus, vt Solis qualitas respectu ascendentis sit veluti qualitas ☽ respectu ⊕ enim ⊕ quasi ascendens Lunæ. Ex sententia aliorū omniū Genethliacoꝝ per diem fortunæ pars sumitur a ☉ in ☽ noctu vero a ☽ in ☉.

Ptol. Hanc autem eandem rationem imitari videntur qui dicūt quòd in nocturnis natiuitatibus & a ☽ in ☉ enumeremus oportet, deinde ab ascendente initiando eiusdem numeri quantitatem secundum ordinatam signorum antecedentiam computemus, & proueniet ⊕ locus.

L. G. Si iste partis fortunæ locus secundum viam communem supputatus in nocturnis geniturīs congruit cum Ptolemęo semper noctes atque dies computando a ☉ in ☽ tunc esset locus dęmonis, semper non autem pars fortunæ, & ita Ptolemæus deli-

rasse videtur, dum locum dęmonis & non fortunæ supputauerit. Est enim pars fortunæ supputata a ☉ in ☽, dæmonis vero ecō tra a ☽ in ☉ secundum Arabes, Chaldeos, Gręcos, & Latinos, quibus maior est fides adhibenda quā'm vni Claudio Ptolemæo, licet vulgo nuncupetur Astrologorum monarcha.

Hilech reperire ex Ptol.

Conuenit vt ☉ primitus eligamus in die si fuerit in loco idoneo, sin vero ☽ Lunam, alioqui stellam quæ maiores auctoritates habuerit in locis ☉ & synodi luminarium, necnon & horoscopi, id est stella quæ habuerit, vel plures auctoritates in dictis locis, eligatur hilech dator vitæ, quod si non contigerit ascendentis gradum accipiemus.

In nocte vero conuenit vt ☽ primitus eligamus, postea ☉ dein stellam, quæ maiores habuerit prærogatiuas in loco ☽ aut plenilunii & ⊕ quod si nullus planeta habuerit dominium in hiis locis, & natiuitatem præcesserit sinodus siue nouiluniu m accipere debemus horoscopum: at si totilunium præcesserit fortunæ partem, quod si vtrunq; luminare fuerit idoneum pro hilech conuenit vt ex luminatibus sumatur illud quod maiores habuerit dignitates essentiales.

De progressionibus siue directionibus hilech.

Directio secundum successionem signorum nuncupatur proiectio radiorum, quæ tunc fieri debet quum hilech fuerit in locis orientalibus, id est a cęli medio vsque ad horoscopum. Illa vero directio quæ fit secundum successionem, & in successionis contrarium & hæc erit quum hilech fuerit in loco recedente a cęlorum culmine, hoc est in locis occiduis vtpote a summo cęlorum apice ad septimam domum siue cardinem occiduum, cuius gradus interitum obnunciat quando hilech secundum signorum antecedentiam ad illum peruenerit, gradus enim occidentis solummodo vitæ domicilium occultat, stellæ quæ semper addunt sunt ♃ ♀ quæ minuunt ♄ ♂.

Quando hilech fuerit partiliter in horoscopo dabit annos maiores, sin platice fuerit in ascendente fiat proportio secundū eius elongationem ab angulo. ♄ & ♂ perimunt quum corporaliter ad hilech peruenerit vel quum ad radios hostiles □ ☍ ♄ ♂ illud idem obnunciat aspectus ✶ ex signis multarum ascensionū infortunantis planetæ, secundum successionem signorum, quādoquidem æquiualet □ & fortasse △ aspectus in signis paucarū

aſcenſiouum, non enim diſtat multum ab □ intuitu, & occidet. quando in ſucceſſione ſignorum deuolueretur ad ſtellas pernitioſas.

Quãdo ☽ hilech, peruenerit ad ☌ □ ☍ ☉ ♄ vel ♂ interficit natum, aut ☉ ♄ ♂ applicuerit ad locũ ♋ quæ fuerit hilech ſi ſtellæ beneficæ nu llum præſtiterint patrocinium.

In directionibus horoſcopi quando fuerit hilech vnũquodq; equinoctialis circuli tempus loco vnius anni ſolaris conſtituitur.

Quando hilech erit in culmine cęlorum partiliter fieri debent directiones per aſcenſiones rectas.

Quando fuerit in cardine occiduo per aſcenſiones nadir ſiue oppoſitas.

Ex Ptolomęi 77 enunciato.

Aſcendentis progreſſionem pro iis quæ corporis ſunt facito. Lunæ pro corporis animæq; connexione.
Medii vero cęli pro actionibus.
⊕ Partis fortunæ pro iis quæ ſunt externa.
☉ Solis pro voluntate regis erga natum.

In Ptolemæi aphoriſmo 77 in litera gręca nulla fit mentio de ☉ tamen Babiloniorum ſchola adiicit verbis Ptolemæi, quòd ex ☉ progreſſione allucinati poſſumus voluntatem regis ſiue principis erga hominem ipſum, cuius genitura perſpicitur, hoc eſt ſit ne ab ipſo rege ac domino beneficiis an maleficiis afficiendus.

In prædicendis iis quę inter viuendum homini eueniura ſunt, primũ conſideranda eſt corporis valitudo, vt pote ſanitas, & quæ tum bona tum mala corporibus adueniunt. Horoſcopus in periodo vitę natorum, & eius diſpoſitor pro accidentibus corporis & peregrinationum eſt apheſis principalis & vniuerſalis ſignificator, dominus autem termini ſiue finium eſt vicarius ſeu collega, & iſti duo præſunt nato ad calcem vitæ.

Horoſcopi igitur directio, progreſſio, inambulatio, circuitus, aſcenſoria tempora ſignificant vitæ periodum, animi affectiones & peregrinationes, dirigitur quippe horoſcopus ꝑ accidentibus corporis, & peragrationibus, accidentia ſiquidem corporis & itinera portendit, vtpote ſalubritatem vel malam corporis diſpoſitionem & itinera fauſta vel infauſta, quando enim horoſcopi directio peruenerit ad beneficos beneficorum planetarum radios vel ipſorum congreſſus bonum præſtabit euentum, ad infauſtos autem nil niſi malum & perniciem. Sin ad hoſtiles ſtellarum ra-

dios, necnon ad beneficos horoscopi directio fuerit deuoluta remissiores morbos, minoraq; mala aliasq; corporis passiones clementiores ingeret. Horoscopi præterea gradus eiusq; ecodespotes anni rex bene affectus in vtroq; themate natalicio, & annuæ conuersionis, nato optimam corporis valetudinem contribuent, complexio siquidem eius corroborabitur. sin male, decernitur aliqua discrasia, sed leuis & pauci quidem momenti, dummodo ab Ioue aut Venere fœliciter irrorentur.

Medium cœli, hoc est apex summus cœli culminantis decernit nati actiones, magisterium atque dignitates, quin & vitam liberorum, actiones igitur ipsius nati & ea quæ administraturus erit ex culminantis cœli progressionibus eiusq; qualitatibus atque planetarum naturis dignoscũtur, ab ipsis enim quales futuræ sint actiones coniecturam capere possumus, an qui magistratus fungendi sint, an potius repulsa ferenda, deponendusq; magistratus antegestus, quæq; alia sunt generis eiusdem, quisue liberis futurus sit euentus. hospitator denique cœli culminantis pro actionibus, vt dictum est, seu magisterio & dignitatibus & circa operationes filiorum & amicorum erit aphesis vniuersalis atque generalis. Dominus autem finium siue terminorum erit vicarius & secundus moderator atque gubernator.

Culminantis cœli ecodespotes a beneficis planetis fœliciter irrigatus natum in suis actionibus & magisterio atque filiorum operibus fortunatum rediget, sin a maleficis sauciatus infortunatum. Decimæ domus directio ex magisterio actionibus & negociationibus nati laudem & honores vel malum nomen, siue aliquid dedecoris obnunciat, secundum quod fuerit bene vel male affecta in vtroq; schemate.

Circa connexiones siue complexiones animæ siue animi & corporis atq; nati actiones & connubii: ecodespotes in loco ☽ erit aphesis, hoc est vniuersalis & primarius significator qui habuerit plures prærogatiuas siue dignitates essentiales in loco ☽, secundus autem significator erit dominus termini in loco eiusdẽ ☽ vterque bene affectus natum illo anno rediget fortunatum & corpore robustum.

Quandoquidem letus viuet, & in liberis atq; connubio nuptiisq; celebrandis fœlici sorte fruetur, sin minus infortunabitur, & in oculo sinistro patietur aliquid sinistri. Quando enim Lunæ directio peruenerit ad congressum vel hostiles maleficarum stella-

rum radios inferet nato graues corporis ægritudines, & varias animi molestias.

Lunæ directiones fiunt pro corporis & animi cõnexione seu complexione, ea enim quæ ad corpus animamq; simul attinent, vtpote quales affectiones habiturus sit natus, quum contingat nunc dolore & tristitia, nunc gaudio ac voluptate & aliter atque aliter pro tempore ipsum affici, ex Lunæ igitur directionibus siue progressionibus atque beneficarum maleficarumq; stellarum occursibus atque radiationibus indicentur nato mœrores, luctus, iræ, tristes cogitationes, curæq; grauissimæ, aut viuendi hilaritas, gaudia, voluptates, animi tranquillitas, & securæ mentis cogitationes.

Si enim Lunæ directio ad beneficarum stellarum salutares radios deuolueretur, corporis salubritatem & animi tranquillitatē contribuet. Sin ad maleficarum radios hostiles aut congressum peruenerit eiusdem Lunæ progressio, corporis discrasiam, animī mœrores atque cruciatus ingeret.

Lunæ circuitus indicat corporis qualitatem, & animi inclinationes, dominas, matrem, atque sorores natu maiores.

Sol est significator patris, significat etiam liberos & fratres natu maiores, & animum regis erga illum, cuius est genitura, habetq; rationem gloriæ dignitatis, excellentiæ, & honoris, solis igitur directio siue progressio ad beneficarum stellarum salutares radios ita genito laudes, honores, & dignitates insignia conferet adminiculo principis siue potētiorum, ad maleficorum vero planetarum hostiles intuitus vel congressum iras & dedecus odio & ira principis.

Sol hilech siue dator vitę & anni induperator est aphesis principalis & vniuersalis in vita natorum circa honores & gloriam, Dominus vero finium in loco Solis est vicarius, vexillifer, collega, & dominus dignitatum, & gloriæ secundus moderator. Qui si fuerint in vtroq; schemate commaculati inferent nato impedimenta in honoribus & gloria odio regis siue potentiorum: nam si fuerint vulnerati a Saturno natus illo anno laborabit febribus melancholicis siue phlegmaticis & tussi acerbissima, sin a ♂ fuerint fauciati degustabit acutas alterationes bilem quippe rubram, & in oculis præcipue dextro aliquid impedimenti, vel in fronte seu capite contusiones ex lapidibus aut cicatrices ex ferro vel igne. Mars peregrinus in horoscopo vel horoscopum hosti

libus radiis infestans faciem cicatricosam facere consueuit.

⊕ Pars siue locus fortunæ, quæ a veteribus archetypos dicebatur, eius item chronocator quinetiam dominus secundæ domus & Iuppiter diuitiarũ largitor bene affectus est aphesis præcipuus & vniuersalis dominus circa diuitias quæ bona nuncupantur externa. Secundus vero aphesis erit dominus finium siue terminorum in loco Solis, si vtriusq; super ingressus fuerit commaculatus circa fortunas parandas & conseruandas infortunabitur, sin vterque aphesis fuerit bene affectus natus ipse sanus ac letus viuet, eiq; aduenient ab insperato vel absq; nimio sudore lucrorũ copiosa præsidia, illasq; facultates non dilacerabit, sed cõseruabit.

Non minor est virtus quàm quærere, parta tueri,
    Casus inest illic, hic erit artis opus.
Fęlix cui constant bona corporis, & bona mentis,
    Nec sunt fortunæ munera parca Deæ.

Partis fortunæ progressiones siue regressiones diuitiarum incrementa, vel detrimenta afferent. quando enim ad beneficas fuerint deuolutæ beneficos afferent influxus, ad maleficos autem, maleficos, fortunarum vtique iacturas. Partis igitur demoniacæ seu fortunæ accessus ad loca cęli fęlicia infęliciaue, occursus scilicet aspirantium vel nocentium planetarum exagerabunt mala bona'ue externa, hoc est rerum familiarium accessiones, iacturas'ue indicabunt, secundum quòd ad beneficos vel maleficos accesserit radios, siue congressus.

Locus ⊕ fortunæ & hospitator eius pollicentur lucra si fuerint bene affecti, sin minus dispendia & fortunarum iacturas.

APHORISMI.

SI anno quopiam singula planetarum apheticorum siue ilegialium loca fuerint prorsus commaculata aut a maleficis obsessa absque saluberrimo beneficarum intuitu, ita genitus eodem anno grauissima ęgrotatione conflictabitur, ex qua demum experietur interitum.

Hunc nisi turbinibus clementia summa trinodi
    Numine seruarit christiparensq; iuuet.

Quando horoscopi gradus aphesis per debitum athazir ductus peruenerit ad locum deliquii ☉ vel ☽ natus interibit, si stellæ salutares nullum præstiterint patrocinium.

Scire debes quatenus deliquiorum partes & ipsorum cardines vtpote □ vel ☍ abscindunt nati vitam, præcipue si pars illa de-

liquū celebraret partiliter in horoscopo natalitii schematis procul existentibus beneficarum stellarum radiis salutaribus.

Quando aliquod luminarium eclypsaretur prope ☋ & hilech diurnum, & per directiones deuolueretur ad locum illius deliqi, non poterit natus ille anno illo effugere interitionem, nisi Seruatoris nostri clementia aspirauerit, quoniam tunc copulantur simul tria infortunia, vtpote corpus ⊙ ☽ & ☋.

Saturnus & ☋ in signo ♏ quando aphesis siue hilech ad eos deuolueretur, nato accidet locii seu vtinę retentio, hoc est meendi difficultas, & in membris genitalibus dolores acerrimi seu vulnera, ex quibus interitum degustabit.

Quando aphesis siue hilech per debitum athazir applicuerit ad ☌ □ vel ☍ malignantium planetarū, & non fuerit in finibus beneficarum iudica nato vitæ abscissionem, nisi ♃ aut ♀ aspexerit locum illum.

Sol vel Luna aut horoscopus hilech siue apheta quando applicuerit ad ♄ vel ☋ in ♉ supputatos accidet nato angina siue squinantia in gutture, & natus ita suffocatus interibit.

Cōglutinatio ⊙ ☽ & ☋ perēptoria siue extinctoria est ex centro occiduo periclitatorio peremptorioq; loco mors portēditur quippe quæ 7 domus morti deputatur a græcis.

A domino finium siue terminorum cognoscitur mortis qualitas, maleficarum stellarum vitiositas aufert de vitali periodo, beneficarum vero nihil.

In non naturalibus siue vltroneis & non aliunde illatis interitibus sunt maiores interituum formidines quàm in violentis vel repentinis.

In natiuitate natorum ☽ aphesis siue alcocodea in tertia cęli statione sub ♐ partiliter supputata & imum cęli sub capri sydete Mars autem in culmine cęlorum in ♋ quando ☽ per directionem applicuerit ad quartam cęli stationem & ♂ ☍ accidet nato infirmitas, in pulmone & ex illa ęgrotatione diem suum obibit, videlicet ex peripleumonia.

Planetarum decreta & directiones.

SAturni directiones siue inambulationes & circuitus indicant rerum stabilium apparatus, item auos, pattuos, patrem, & fratres natu maiores, morbos, chronicas ægrotationes, res hæreditarias lucra a mortuis vel detrimenta, pericula in aquis siue locis humidis.

Saturni aphetæ in M.C. seu culmine cęlorum partiliter collo cati directio ad Solis coitum deuoluta obnunciat grauem morbũ siue chronicam ægrotationem. Deterius autem foret si ☉ aphe sis perduceretur ad coitum ipsius falciferi.

Saturni aphetæ directio ad □ vel ☍ ♂ nato graues mina tur ægrotationes ex abundantia caloris & cruentum morbum, tamen euitari potest interitus si ♃ locum illum irrorauerit.

Saturni saltus e ♎ finibus ♂ ad initium Scorpii, ♂ quoque fines annum minatur accommodatum ad suscipiendas calumnias atroces, & molestias atque infortunia.

Iuppiter decernit honores, gloriam, notitiam principum pręcipue iouialium, & excellentiam, fortunarumq; incrementa, lucrorum copiosa præsidia atque corporis salubritatem, & animi tranquillitatem.

Iuppiter anni rex in culmine conuersionis annuæ pro salubritate corporis, opibus cumulandis & honoribus fęlicitatem decernit, & gaudia, letamq; sortem iniunctis actionibus.

Iuppiter & ♀ aut alteruter sanitatem, gaudia, & connubium, vel sobolem portendit illo anno.

Iuppiter ♀ ☽ in apice conuersionis annuæ decernit lucrorũ copiosa præsidia, honores, vxorem, liberos vel ab ipsis letitiam & nato corporis sanitatem.

Mars portendit bella, exercituum expeditiones, publica, negotia, audaciam, lites, rixas, turbas, incendia, rapinas, furta, expilationes, incisiones, vulnera, ex ferro vel igne, ruinas, casum ab alto, siue equis vel mulabus calcitrosis, insignes in capite seu facie cicatrices, febres acutas, carceris aut exilii incommoda.

Venus decernit cõnubia, nuptias, amicitias, amatorios affectus, consuetudines cum venereis, & mulieribus lucra siue dispendia, animi tranquillitates, seu merores, molestias, gaudia, venereas voluptatum illecebras, vxores, matres & sorores natu maiores bene affecta, quæ diximus bona contribuet, male autem affecta, nil nisi malum conferet.

Mercurius significat fratres germanos natu minores, seruos, liberos paruos vtriusq; sexus, orationes, loquelam, facundiam, mathematicas disciplinas, & musicam, si fuerit bene affectus, sin male, mẽdacia, & rumores varios, furta, rapinas, fortunarum detrimenta ex mercibus, scripturis aut fęnore.

Apheta

Apheta, aphesis, hilech — dator vitæ
Apheta, apheses, hilech — datores vitæ.
Alcocoden, alcocodea — dator annorum.

Possunt esse aphetæ siue hilech ☉ ☽ horosc. ⊕

Loca cœli apta pro aphesi 10 1 7 3 4 5 11.

Apheticorum locorum directiones ad maleuolarum stellarum fines siue terminos deuolutæ destruunt vitam nati, non solum quando interfectores illis coniunguntur, vel radiationes immittunt pernitiosas, sed etiam quando aphesis fuerit exhalma, idest saltum è finibus maleficis, & confestim progrediatur ad fines maleficos immediate sequentes, sicuti ex finibus ♄ ad fines ♂ vel e finibus ♂ ad fines Saturni.

APHORISMI.

Directio siue progressio & ascensoria tempora & inambulatio hilech siue aphesis quandocunque peruenerit ad synodum vel hostiles radios maleficorum planetarum partiliter letalis erit, quippe qui malefici præsentia partilis, vel hostiles radii partiliter interfectores sunt, zodiace autem, hoc est platice, & per orbem non habent vim interimendi, licet pleriq; affirmare audeāt quatenus interfectiuæ partes fiunt per tres gradus præcedentes, vel sequentes, habentq; vim vel æquam potentiam, perinde ac si essent partiliter alligati.

Interfectores sunt per ☌ □ ☍ ☉ ♄ ♂ ☋ quia locis cadentibus in loca cadentia & insolicia radios iaculantes pernitiosos nō interimunt, sed interfectores dominum genituræ commaculātes è cardinibus fortiores sunt è succedentibus vel cadentibus, & in cardinibus natos perimunt, planetæ in cadentibus sunt imbecilli & debiles, & non habent vim perimendi.

Si aphesis dirigatur ad cardinei vsque interualli cuiusq; partes interimet natos, etiam si nullus interfector interiaceat: est enim hæc ratio mystica & archana.

Sol ☽ horoscopus & hospitatores deprauati a maleficis, vitæ periculum obnunciant.

Lunæ directio ad horoscopi gradum æqualiter interficit sicut Mars, inquit Alberangel.


Si in genituris hominum horoscopus non possunt esse hilech siue aphetæ, hoc est vitalis periodi datores, habent tamen peculiarem quandam prærogatiuam, seu significationem supra accidentia corporis natorum. Quotiens igitur ipsorū directio per
MM

uenerit ad congressum vel hostificos infortunarum radios denun ciant illa annua intercapedine corpora natorum male affici, sed non letaliter, nisi annua conuersio fuerit penitus commaculata.

Planeta maleficus interfector domino anni partiliter alligatus interficit, zodiace autem, hoc est platice & secundum latitudinem non est interfector.

Si dominus anni inciderit intra maleficos, vel a maleficis obses sus fuerit infortunatus perhibebit nato testimonium aduersæ for tunæ, valetudinis & perturbationis.

Planeta occiduus maleficus peregrinus, numero diminutus no cuus est, multa nato afferens pericula, si aduersus aphetam com maculauerit, neque enim si cardinalis fuerit, in hac parte beneuo lus omnino diiudicabitur.



Si ab horoſcopo apheſim, hoc eſt directionem fecerimus a parte 18 ♊ vſque a d 22 ♌ ſub 42 finitore interiacent partes 76. minuta 40. ſubtracta aſcenſione obliqua horoſcopi, quæ eſt 54. 31. ab aſcenſione obliqua ♌ 22. vtpote 131. 11. & reſiduabuntur gradus 76 M. 40. & natus totidem annos viuet, vtpote annos 76. cũ octo menſibus circiter & hoc pacto reperiemus vitã nati. Semper itaq; reperta parte aphetica, inſpiciendum erit vbi ſit cardineum interuallum, & vſq; ad illam partem directio apheſis eſt facienda pro vita natorum, dummodo nullus interfector interponatur, aut radii hoſtiles, quæ ratio myſtica ſiue archana colligenda eſt, perinde ac ſi interfector eſſet in cardine ſubterraneo partiliter ſupputatus, directio aphetæ ad ſingulos cardines pernitioſa habetur.

Si dator vitæ inuentus fuerit in cęlotum culmine, vel 11. loco qui eſt bonus gènius, vel in alio loco fortunato, perfectos atque integros annos nato impartietur.

Si genituræ dominus fuerit cardinaliter ſupputatus & orientalis vel in proſperis cęli domiciliis apheſim ſortietur abunde ſatis perfectos annos ſuos maiores nato contribuet.

Si ☉ ☽ ⊕ & horoſcopus & horum ecodeſpotes irroretur, vel intueatur amico aſpectu a beneficis in oportunis locis & non a maleuolis ita genitos diudicato fortiſſimos. Si duo ex iſtis aſpiciantur a beneuolis & vnus duntaxat a maleficis natus non vſquequaque fortunabitur.

Si tres a maleficis commaculentur auerſis beneuolis infelix in erit, ſi commixti fuerint, mediocres diiudicato.

Si cum ☉ planeta beneficus fuerit configuratus maiores ſuos annos contribuet, & vita natorum erit fęlix & longa, Si cum altero benefico, & altero malefico alligatus fuerit ☉ medios cõferet annos. Si malefica quepiam ſtella reperiatur in loco ☉ vel culminantis cęli ita genitus nonnihil dedecoris experietur, & in ſuo magiſterio & actionibus infortunabitur illo anno.

Si malefica ſtella peragrauerit fecus ⊕ locum partis fortunæ bonorum iacturas patictur. Si radii hoſtiles maleficorum planetarum infecerint partem fortunæ & ſecundam vtriuſque thematis nato detrimenta aderunt plurima.

Si ☉ & ☽ conuerſionis annuæ fuerit in ea parte ſigni quam malefica quepiam tenuit in genitura, ſiue in □ vel ☍ ipſorum partilitet annus ille erit nato grauiſſimus. Si malefica aſpexerit,

erit periculosus. At si in loco illo fuerit vel illum benigne aspexerit stella salutaris, vel simul ♃ & ♀ sine periculo erit illo anno vertente. Quando infortunarum vtpote ♄ & ♂ coitus celebrabitur in horoscopo geneseos vel annuę cõuersionis aut vtriusq; siue in loco aphetæ partiliter, natus illo anno grauiter ægrotabit, si benefici planetæ suum patrocinium non porrexerint.

Si eclypsis luminarium, cuius planetæ malefici fuerint moderatores, accident in locis aphetæ siue horoscopo genituræ vel annuæ conuersionis, aut vtriusq; schematis partiliter, vel ad summũ per tres gradus, annus erit letalis siue exitiosus, si benefici planetæ locum illum deliquii non aspexerint, aut fęlici rore non irrigauerint. Si eclypsis luminarium acciderit in secunda domo, vel in loco ⊕ bonorum iacturas decernit mobilium, si in quarta domo stabilium rerum.

Planetæ retrogradi, quum sint proximiores terræ q̃ recto tramite progredientes in hæc inferiora fortius agunt q̃ directi.

Si ♄ vel ♂ retrocesserit per locum ☉ siue aphesis aut ☽ grauem minantur alterationem cum bonorum iactura.



Si ♄ ♂ retropedantes vel ipsorum alter fuerit partiliter conglutinati cum luminaribus vel aphesi geneseos, natus illo anno maximum vitæ discrimen experieutur: at si ♃ ♀ vel alteruter fuerint partiliter alligati cum luminibus vel aphesi siue alcocodea, natus illo anno sanitate letabitur.

Aphesim supputare.

EST autem alius modus reperiendi locũ aphesis, quem Petosiris, & Necepso Aegyptiorum reges celeberrimi vates edocuerunt sic.

Si ortus nati cuiuſpiam fuerit ☌ coniunctionalis, ita ꝗ horã geniture præceſſerit luminarium ſynodus, numerandæ ſunt partes ſiue gradus a loco coitionis vſq; ad conuerſionem, hoc eſt locum Lunæ, eaſq; proicito ab horoſcopi parte in ordine ſignorũ & vbi deſierit numerus ille, dominus finium ſiue termini erit apheta ſiue dominus geniture.

Sin plenilunium præceſſerit horam geneſeos numerandum erit a loco Lunæ ad futuram coitionem, & æquales partes ab horoſcopo numerandæ ſunt ſecundum ordinem ſignorum, non autem retro, vt quidam autumant, & vbi terminabitur deſieritq; numerum illarum partium dominus finium ſiue terminorum erit apheſis ſiue hilech, & geniture dominus.

⊕ ægritudinis ſumitur a ♄ in dominum ☌ vel ☍ & proiiciatur ab horoſcopo, & quando ♄ vel ♂ periodicus vel per directionem peruenerit ad eum vel econuerſo ægrotationem grauẽ obnunciat nato.

Epilogus directionum.

Quæcunq; in directionum apoteleſmatis dicuntur ex annuarum conuerſionum ſignificatibus augentur vel minuuntur habent enim annuæ conuerſiones in decernendis bonis vel malis non paruã efficaciam, immo magnam decernẽdi poteſtatem, fieri tamen neutiquam poterit, vt decreti effectus aliqua ex parte naturaliter non eueniant: compertum enim habemus vno eodemq; die plerunq; homines fœlices, dein paulo poſt infauſtos euentus accidiſſe, & econtra: ſed diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas.

Illud igitur admonemus quod ſi diuerſorum aphetarum apoteleſmata contraria videantur, aut ſint, non eiſdem ſemper temporibus preciſe eueniunt, nam ſi qui euentus a Saturno portendũtur ſaturniis temporibus manifeſtabuntur, ſi quiſpiam ab Ioue io

uiis, si quis a Marte martiis temporibus conferentur, qui a Sole, Venere, Mercurio, Luna indicantur.ii in solaribus, venereis, mar curialibus atque lunaribus euenient temporibus.

Nolim igitur quispiam sibi persuadeat quatenus directiones ipsæ aphetarum ad præfixam præcise diem suos producant euentus, quippe qui iuxta recipientis dispositionem per aliquot dies & quandoq; menses variantur, anticipando vel retardando, omnium vero istoru annuæ cõuersiones magis præcisam veritatem ostendere consueuerunt.

FINIS.

AD ILLVSTRISSIMVM ATQVE REVE rendiss. Pont. Cardinalem D. Dominum Alphonsum Carafam, Neapolitanorum Archiepiscopum augustissimum, Quintilianus Mandosius fęlicitatem.

Pontificum o splendor vestri o lux vnica secli
Nil opus Alphonse est vestras perscribere laudes.
Nec te posteritas celebret, nam littora fluctu
Dum pater oceanus pulsabit fama perennis
Magnus honor, nomenq; tuum, laudesq; vigebunt.

Ad Episcopum Gauricum.

Quas referant nostri iuuenes tibi Gaurice grates
Nam gratis referas cęlestia templa libenter
Omnibus, vt fugiant miseræ discrimina vitæ
Atque venerentur cęli terræq; marisq;
Factorem æternum, cui rerum summa potestas,
Nos primum cæli motorem poplite flexo
Oramus tibi det, succedant singula votis
Ante obitum, sed post cęlestia templa deorum.

Octauianus Canis.

Cur tua, cur tantum iactas oracula quæso
Prisca ætas? palmam sola tenere putas?
Gauricus hic adsit, fient oracula muta,
Cedet Apollo tuus nulla sybilla comes.
Tempore nemo locis vno valet esse duobus,
Est tamen in terris Gauricus atque polo.

ex ephemer: eiusdē [illegible] 8.

Ad quecunque loca thematis natalicii distructiuos aspicia maleficarum
stellarum peruenerint inde ac si corpore ☌ aut oppositis radiis tetigerint
Quandocunque et ap[h]etarum progressiones siue directiones [illegible] debitū atque
[illegible] ducit ad maleuolarum aspicia fuerint deuolute [illegible] tunc
fuerint genitum grauis egritudinis afflictionibus aut mortis [illegible]
mina subibit semper si [illegible] et luminaria fuerint male affecta
in [illegible] conuersionis themate.